Digitized by Google

EX MUNIFICENTIA
FERDINANDI III. M. E. D.
DIE 3. IUNII 1791.

9. 6. 1.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Palatium Reginæ Eloquentiæ.

Cantantes licet usque (minus via lædet!)
eamus; Virg. Eclog. IX. v. 64.

Digitized by Google

MATURINI CORDERII

COLLOQUIA SCHOLASTICA,

QUIBUS DENUO RECUSIS, STUDIOSÆ JUVENTUTIS ERGO,

ACCESSIT

I. GERMANICA INTERPRETATIO. II. SYNTACTICA CONSTRUCTIO. III. VOCABULORUM LATINORUM ETYMOLOGICA EXPLICATIO. IV. PHRASIUM ENUCLEATIO;

STUDIO ATQUE OPERA

FRID. ROMBERGII,

V. D. M. & Gymnasii Heidelbergæ Collegæ.

CUM PRÆFATIONE

DE

ANTIQUITATE ET NATURA DIALOGORUM,

ET DE RATIONE FELICITER TRACTANDI HUIUS GENERIS COLLOQUIA PUERILIA,

JOANNIS CASPARI MALSCHII,

Illustriss. Gymn. Durlac. Prorect. & Ephebei C. Hesychiani Moderatoris.

FRANCOFURTI & LIPSIÆ,

SUMTU HENR. LUDOV. BROENNERI

M DCC LIV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Scholarum ſuis Collegis

JO. CASP. MALSCHIUS,

De

Antiquitate & natura dialogorum, & de ratione feliciter tractandi hujus generis Colloquia puerilia.

Modus ille, per dialogos tradendi ſalubria vitæ morumque præcepta, item alia, quæ noſſe mortalium interſit, antiquiſſimus omnium eſt, & ante inventas literarum formas, unicus. Quis enim ambigat, in *ipſis* rerum primordiis, condito recens homini, ab ipſo Deo, per mutui ſermonis commercium inſtillata eſſe ea, quæ naturæ

Digitized by Google

auctor, & hominis effector, ab ipso fieri, quæ omitti vellet. Consuadet hoc ipsum illa familiaritas mutua, quæ inter utrumque primo intercesserat, quæque mutuis utriusque collocutionibus maxime continetur & exseritur. Hunc ipsum τρόπον παιδείας æmulatus est, uti alia quævis, capitalis ille generis humani hostis, illa simia Dei, Satanas, & instituto cum matre nostra primæva dialogo, sincerum, planum, ac minime implicatum DEI interdictum de non comedendo fructu arboris vetitæ, pestilenti suo glossemate corrupit. Post illum infelicem casum ultimorum parentum nostrorum, idem dialogorum usus perpetuò obtinuit, nisi tertium à primo parentem nostrum in morem Oratorum nostrorum, perpetua oratione concionatum velimus. Certe, ante repertas literas, quibus animi sensa invicem exprimerentur, non video alium accommodatiorem modum propagandis iis, quæ egregie percipi, animoque imbibi, sensibusque defigi posterorum interesset. Extant hujus generis reliquiæ quædam dialogi inter Deum & homines habiti in tabu-

lis

lis ſacratis; item inter Cainum & Abelem primos fratres; falſi nimirum & commentitji; ſed perantiqui tamen & proculdubio excæmentis antiquitatis, redivivisque conflati. Verbo, quicquid usquam Theologi, quos *biſtoricos* vocamus, circa modum illum tradendi ſacra, qui interrogando & reſpondendo inſtituitur, & κατήχησις appellatur, in hiſtoriam contulerunt, id omne huc pertinere videtur. In aliis gentibus hæc ſcribendi ratio, & forma frequentata ſimiliter, multisque de cauſſis perutilis habita eſt. Uſus illa eſt Pythagoras, in interioribus ſuis ſcholis, exercuitque interrogationibus alumnos, abſoluto quinquennii ſilentio: uſus Socrates, Plato, reliqui Socratici; eandem ad Latinos transtulit Cicero in rhetoricis & philoſophicis ſuis. Neque ſanè extat ulla pars doctrinæ neceſſariæ, quæ non ſit hoc genere ſcripturæ & modo pertractatè conſcripta & illuſtrata pulcherrimè. Intelligebant nimirum cari mortales, ex viciſſitudine colloquentium perſonarum lectoris levari faſtidium, animos refici, & reciprocâ illâ alternantium collocutione reſpirare quodammodo. Sententiæ etiam

& argumenta adverſaria plus ponderis habent, & vi majore torquentur, meliusque ſentiuntur, ubi non ab uno & eodem, ſed à vero adverſario finguntur intendi: Quo fit, ut lucidiùs omnia appareant, & diſſolutiones ex adverſo obloquentium manifeſtiùs intelligantur. Denique, ubi vel in illa Platonis erudita luſtra, vel Ciceronis dialogos nitidiſſimos illabimur, non videmur ſcripturam legere, ſed quaſi collato cominûs pede, conſertis manibus dimicantium iras intelligere, vultus ardorem obſervare, reclamantium quaſique terrentium voces audire & geſtus ipſos renitentium intueri. Ita ipſi ad legendum alacriores evadimus, excitamur, erigimur. Quia vero in hujusmodi dialogis lepore quodam, ſæpe facetiis & liberalibus jocis, ſæpe affectibus illis mitioribus perſpergitur oratio, ex ipſa illa κρᾶσις & admiſtione leporum cum delectatio excitatur in animis legentium, tum ex improviſa aliqua vel reſponſione acuta, vel illatione ἀπροσδοκήτῳ cum incredibili voluptate temperata conſurgit admiratio. Quo magis ego nonnunquam doleo, non ſolum in ſcriptis noſtratium abo-

d by Google

aboleviſſe hunc morem: id quod ferendum ut cunque videtur: ſed in ipſis quoque ſcholis illuſtribus pertenues reſtare reliquias, &, expulſo per interrogantium & reſpondentium vices, inſtituto ſaluberrimo, regnare circumforaneam quandam perpetuæ orationis; veluti torrentis, decurſu bacchandi, libidinem. Quid enim tritius, quid vulgatius eſt, quam ex inferioribus exedris ad altiora traductos, adoleſcentes onerare nimbo profuſæ, atque ἀυλῷ τῷ ἀυλάκῳ effuſæ omnis philoſophicæ ſupellectilis? idque nunc totos dies declamitando; nunc, quod absque omni ratione factum videtur, dictatis τελεσπήχεσιν obruendo? Itaque, abſoluto curſu Gymnaſtico, ubi à nobis exeunt in illuſtria Academiarum ſpatia, mulum ſchedaceis ſuis onerare prope videas.

Mantica cui lumbos onere ulceret, atque eques armos, atque ita inflati inani ſpe, velut omnem ſapientiam, tanquam filiolam aliquam ſuam, in bulga concluſam continerent, illuc concedunt; unde ſeriùs ociùs reverſi hoc unum didicére, quantum ab vera ac regia via ſapientiæ

aberrarint. Sed quid agamus? Secundum, non adverſus torrentem connitendum nobis eſt; ſinenda, quæ mutari non eſt; obſecundandum temporibus, & parendum mimo.

Conſueta vitia ferimus, non reprehendimus: præſertim, cum non cujusvis ſit, niſi omnibus propè doctrinæ præſidiis, inprimis Dialecticæ, Rhetoricæ, & Poëticæ ornamentis inſtructi atque ornati, victuros inſtituere dialogos. Quippe ex omni ſcientiarum copia & apparatu ſeligenda materia eſt; &, qui ad hoc ſcribendi genus acceſſerit, in uberes lucos omnis ſapientiæ, tanquam cæduam aliquam ſylvam, quaſi materiatum ut eat neceſſe eſt; inde comportet ea, quibus dialogos ſuos ſtipulat & extruat; magnifica, utilia, ſplendentia. Æquiparatam materiam dialecticæ obruſsâ dirigit, diſponit; aptè complectitur; ſejungenda dividit; argumentationes effingit; aſſumta probat, juſtis, neceſſariis aut probabilibus ex fontibus, ſpecioſe fallentia incidit, aut dilemmate atque illatione diluit. Succedit Rhetorica, quæ elocutionis

Digitized by Google

nis ornatum & dicendi genus affert; quæ illa rhetorum lumina, tropos inquam, & figuras, ſuis locis inſpergit, atque efficit, ut gravis, ut decora, ut dulcis, ut, pro re nata, vehemens etiam ſit oratio; ut legentes tum doceat, tum delectet, tum moveat; ut volentes ducat; invitos & renitentes impellat. Cum Poëticam dico accedere debere, non volo ipſam artem verſuum ut dialogorum ſcriptor comprehenſam teneat, ſed indolem illam, ſed ingenium ευφαντασιωτὸν intelligo, quod perſonarum colloquentium decorum, quod imitationem naturarum teneat probè; ne, quod ajunt, caloni Sambucam, aut infanti cothurnos aptemus; neù puero tribuamus, quæ virum; neu juveni, quæ deceant ſenem; qua in re peregregius Eraſmus inter novos eſt; veteres omnes prorſum admirabiles. Sed hi ferè omnes, quanquam haud ita multi ſunt, qui ad noſtram ætatem perennarunt, ita comparati ſunt, ut eos tantum inſtruant, qui ſeſe pridem è tyrociniis atque elementis literarum emerſerint, altiusque ire cœperint.

Poſt renatas & reductas ab exilio literas,

Digitized by Google

& in ipſo quoque ortu ipſarum maturè excogitatum eſt, quomodo per dialogos juventus politiorum literarum ad notitiam latini ſermonis deduceretur. Primus, quantum ipſe recordor, Petrarcha eſt, cujus in ſcriptis hujus generis quiddam apparet. Inſecutus eſt eundem Philelphus & Urceus Codrus, in quorum operibus vetuſtiſſimo charactere impreſſis ſimilia videre memini. Hos, niſi fallor, excepit Eraſmus, cujus colloquia, ſimul edita, ſimul probata ſunt, itaque vulgum excitarunt, ut magno numero certatim ad hoc ſcribendi genus concurſum ſit. Noti ſunt Dialogi Vivis, Verrepæi, Camerarii, Cornelii Croci Belgæ, Thomæ Freigii, Hegendorffini, Helvici, Raviſii Textoris, Pontani, & reliqui,

- - quos ſi comprendere coner,
Scariæ numerum dicere coner aquæ.

Sed nullius æque, *ac Maturini Corderii Colloquia Scholaſtica* ita omnium uno conſenſu excepta & receptа ſunt, ut ab eo tempore, quo primùm publica facta ſunt, in Scholis puerilibus, ſola propè locum ſuum gradum-

dumque tenuerint. Qua ratione contemti illi ac puſilli dialogi tantum conſecuti favorem ſint, apparet. Sunt enim præ aliis aliorum accommodatiores tyronibus, faciles, aperti, ſimplices, omni ornatu orationis, tanquam ſuperflua veſte, detracto; aſpergunt ſubinde ſententias, non quas

- - porticus illita Medis

ſubjiceret, ſed pinguiores, ut ita dicam; quales ætas prima requirit; non tumidas, neque tamen prorſus inanes; ambitu verborum neque redundante, neque nimium contracto vel conciſo. Qui cum perdiu in Scholis regnaſſent, nullis ſuffulti adminiculis & pedamentis, præterquam quæ præceptoris fidelis induſtria ſupponeret: acceſſit ante annos triginta *Rombergius*, *Gymn. Heidelb. Curiæ tertiæ Collega*, *poſtea Verbi divini Miniſter*; & in gratiam tyronum cum difficiliora vocabula expoſuit, tum phraſes & inſigniores loquendi formulas excerpſit; tum textum latinum verſione germanica illuſtravit. Duo ſunt, quæ in hoc opere deſiderare videor: Primum, quod phraſes

Digitized by Google

ſes ipſas prolixiores appoſuit, quod genus tyronibus, quibus omnia adhuc peregrina ſunt, permoleſtum eſt, & memoriam fatigat incredibiliter; deinde, quia neque verbum verbo reddidit, & plures, ſæpe ſex & ſeptem, dictiones invicem conglobavit; id quod huic ætati perinde difficile captu videtur. Quæ ego ſuſtuliſſem ſi quæ mihi fuiſſent in conſilio editionis partes conſulendi: ſed utraque Præceptoris ipſius induſtria facile levabit, phraſes ipſas contrahendo, ſi quæ fuſiores appareant; & inter explicandum ſingula verba ſingulis copulando, & ſignificationi vocum propriè ſtrictè inhærendo. Atque equidem non ignoro, hoc genus ſubſidiariæ operæ vulgo reprehendi ſolere, quaſi ita ſufflamineatur ardor diſcentium, & pulvinus ſupponatur ignaviæ? ſed ego cauſſas habeo, cur ſeorſum ſentiam. In ipſis diſcipulis non ignaviam, per hoc ſubſidii genus, ſed in magiſtris vereor, ne conſilio, & inſtituto, ipſo fine & fructu utili, in detrimentum diſcentium abutantur. Sunt enim ſubinde aliqui, qui, præmanſum quaſi cibum ſibi oblatum rati, ſatis habent, definire diſci-

Digitized by Google

ſcipulis ſuis penſum, quod ex verſione domi interpretari addiſcant. Ita domi ſedent miſeri, affixi ſuo libello, tanquam claudi Sutores tripodi; ſine judicio, ſine intellectu ſingula memoriæ inculcant; inculcata deinde in Claſſe raptim deblaterant; ipſi egregii doctores aliud agentes, & vel interim ſcribentes aliquid vel otioſe inambulantes ſingula audiunt: ita tempus teritur, & ad ſonum æris, *ite! miſſa eſt!* clamatur. Quid? diſcentium hæc culpa eſt, an magiſtrorum? Rectoris officium eſt, prohibere, ne Collegæ veterno iſti indulgeant; neu his adminiculis otio ſuo conſultum putent. Imo ſic agamus: *Explicationes vocabulorum ſingulis ſubjectas colloquiis, domi memoriter ediſcendas proponamus; in Claſſem ad nos delatos excitiamus;* utrum probe & firmiter illa teneant; *officio ſuo functos probemus; hoc recte! hoc laute! iterum ſic mementote! tardos alios excitemus, contumaciter renitentes minaciter increpemus: repetantur illa vocabula identidem, donec omnibus æque cognita ſint: Ita deinde ad ipſius explicationem colloquii accedamus; ipſa vero colloquia, domi diſcenda ſine præviis his adminiculis minimè permittamus! In ipſa expoſitione*

ſcr-

ſervetur ſollicitè naturalis rerum verborumque conſecutio; caveatur, ne plures, quam una, quam duæ voces invicem conſtruantur; interpretatio inſtituatur preſsè ad ſignificationem vocum propriam. Ubi ad hunc modum *colloquium aliquod* tyronibus familiariter fuerit redditum, quid vetat, *quo minùs domi repetendum ſecundum lineas Verſionis germanicæ proponi poſſit?* Demum *cognitis & memoriâ comprehenſis vocabulis ſimplicibus, explicato aliquoties & repetito colloquio, Phraſes indidem, excerptæ & expreſſæ memoriæ mandentur, & crebrâ repetitione penitus imprimantur. Protrahantur etiam in arenam colloquentes diſcipuli, ita, ut præſentes ſermocinari videantur: formentur oculi, frons, vultus, corporis ſtatus & inceſſus; doceatur vocis modus, inflexio, levatio, depreſſio; conformentur manus & digiti ad decoros geſtus & temperatam rationem motuum.* Ita ſenſim artuum ligamina & nervorum rigor emendabitur ad quosvis geſtus ac motus; excitabitur ſtudium & alacritas in diſcendo; & jucunda varietate refectis animis, faſtidium, pueritiæ familiare, abolebitur. Dabam Francof.

in nundinis autumnalibus:

Anno 1722.

❀ ❀ ❀

COLLOQUIORUM SCHOLASTICORUM

LIBER PRIMUS.

Qui est de Rudimentis, & primis studiorum initiis, ubi primum puerorum inter se, deinde ipsorum cum Præceptoribus Colloquia continentur.

PRÆFATIUNCULA IN LIBRUM PRIMUM.

NE pueri nihil agendo discant male agere, præsertim otioso sermone pravisque aut ineptis colloquiis sese invicem corrumpentes, omnibus modis incitandi sunt in schola, dum Præceptoris ingressum exspectant, ut assuescant interea binis ternisve, id quod ab eo præscriptum fuerit, simul repetere. Plurimum proderit hæc illis jucunda exercitatio: eosque ab otio, lascivia, multisque aliis rebus malis, quibus offenditur Deus, avertere poterit. Sed quia sine puerili colloquio ejusmodi repetitiones tractari non solent: pueri autem ipsi, nisi instituti fuerint, nihil aliud quam barbare loquuntur: idcirco, ut Latine inter se loqui paulatim discant, hæc de re hic aliquot breves colloquendi formulas proposuimus. Cæterum in præceptoris diligentia situm erit, ut hæc ipsa colloquia discipulis aliquoties interpretetur: doceatque, quomodo in his & aliis ejus generis (quæ tradere ipse poterit) sese & domi & in schola debeant exercere: ad idque illos identidem cohortetur: Ita fiet progressu temporis, ut promtiores semper & alacriores eos habiturus sit ad ea mature reddenda, quæ præscripserit. Hinc etiam consequetur, ut minore cum labore ac molestia docendi munus exsequatur.

Digitized by Google

COLLOQ. I.

Argumentum: *Duo pueri ad prælectionem repetendam se parant.* Lectiones sæpe repetendæ.

Abrahamus, Bartholomæus.

A. Eamus una repetitum. B. Quid ego repeterem? Nonne satis est, quod solus repetiverim? A. Si tantum semel aut bis repetieris, id parum est ad ediscendum. B. Imo circiter decies repetivi. A. Ne id quidem sufficit. B. Quid igitur vis amplius? A. Si vis certissime reddere coram præceptore, opus est cum aliquo repetivisse. B. Istud ego nesciebam: sed tibi libenter assentior. A. Faciemus ergo, quod ego te monebam. B. Equidem non recuso: incipe.

COLLOQ. II.

Argumentum: *Exordium est ad repetendam prælectionem.*

Conradus, Daniel.

Quid agis? D. Repeto mecum. C. Quid repetis? D. Præscriptum hodiernum Præceptoris. C. Tenesne memoria? D. Sic opinor. C. Repetamus una: sic uterque nostrum rectius pronunciabit coram præceptore. D. Tu igitur incipe, qui me provocasti. C. Age, attentus esto: ne me sinas aberrare. D. Sum promptior ad audiendum, quam tu ad pronunciandum.

COLLOQ. III.

Argumentum: *Idem cum proximo superiore.*

Erastus, Franciscus.

Visne mecum repetere prælectionem? F. Volo. E. Tenesne? F. Non satis recte fortasse. E. Age faciamus periculum. F. Quid igitur exspectamus? E. Ubi voles, incipe. F. Atqui tuum est potius incipere. E. Quid ita? F. Quia invitasti me. E. Æquum dicis, attende igitur. F. Istic sum.

COLLOQ. IV.

Argumentum: *Exordium est ad colloquendum.* Qui bene agit, reprehendi non timet. Prudenter igitur facit, qui præceptum illud usurpat: Sic age, ne timeas. *Gabriel,*

Digitized by Google

Gabriel, Hieronymus.

Jamne tenes, quæ reddenda ſunt hora tertia? H. Teneo. G. Ego quoque. H. Ergo confabulemur paulisper. G. Sed ſi intervenerit obſervator, putabit nos garrire. H. Quid times, ubi nihil timendum eſt? Si venerit, non deprehendet nos in otio aut in re mala: audiat, ſi velit, noſtrum colloquium. G. Optime loqueris: ſecedamus aliquo in angulum, ne quis nos impediat.

COLLOQ. V.

Argumentum: *Admonitio brevis, ſed pueris aptiſſima.*

Johannes, Leonardus.

Non decet hîc otiari, aut garrire, dum Præceptor exſpectatur. L. Quid ais, non decet? imo vero non licet, niſi volumus vapulare. I. Tu igitur audi me, dum prælectionem pronuncio: ego deinde te audiam. L. Age, pronuncia.

COLLOQ. VI.

Argumentum: *Ejusde meſt argumenti cum ſuperiore: Præterea qui errat, corrigitur ab altero & admonetur. Laudatur memoria, & divinum eſſe donum agnoſcitur.*

Marcus, Nicolaus.

Tenesne memoria prælectionem? N. Propemodum. M. Visne repetamus una? N. Maxime velim. M. Incipe igitur. N. Faciam libenter: ſed tu attente audi, ut me corrigas, ſi quid erravero. M. Agedum. N. *Fac ſumtum propere.* M. Jam erraſti, incipiendum fuit ab heſterna. N. Bene admones; nunc incipiam. *Iratus de re incerta contendere noli. Impedit ira.* M. Peccas accentu: ætera. *N. Impedit ira animum ne.* M. Diſtingue poſt animum. *N. Impedit ira animum: ne poſſit cernere verum. Fac ſumtum propere, quum res deſiderat ipſa. Dandum etenim.* M. Iterum peccas accentu: repete. N. *Dandum etenim eſt aliquid, cum tempus poſtulat aut res.* M. Videsne, te erraviſſe quater? N. Video. M. Et obſervaſti locos? N. Obſervavi. M. Sic tibi facilius cavebis.

N. Me miſerum: putabam me recte tenere. M. Sic mihi quoque ſolet accidere, quoties memoria non eſt bene confirmata. N. Felix, qui memoriam bonam habet. M. Magnum Dei beneficium. Sed tempus abiit: audi nunc me. N. Audio, pronuncia. M. *Iratus de re incerta contendere noli.* N. Hem, Præceptor adeſt: tace, ut illum ſalutemus.

COLLOQ. VII.

Argumentum: *Otto & Paulus certant, uter melius pronunciet aliquid eorum, quæ in ſchola edidicerint. Prætorius judex.* Exemplum honeſti ſtudiorum certaminis.

Otto, Paulus, Prætorius.

Optatus mihi ades, Paule, quærebam, qui mecum certare vellet: ſed omnes ad luſus certamen currunt: tu veroquid ais? P. Quid ego malim, quam tecum de noſtris ſtudiis pacifice contendere? O. Sed qnod petis certandi argumentum? an de repetendis Ciceronis epiſtolis? P. Malo de Catone. O. Quamobrem? P. Quia reſtant mihi diſcendæ aliquot prælectiones de Cicerone. Scis enim, me ægrotaſſe fere duas hebdomades. O. Memini. Vis igitur dicamus ſecundum librum moralium diſtichorum? P. Eſt longus nimis in hanc horam. O. Quid ita? P. Quia nobis aliquamdiu ludendum eſt, ut corpus exerceamus ad valetudinem conſervandam. O. Dicamus ergo librum tertium, qui eſt breviſſimus. P. Sed judicem volo. O. Præſto eſt Prætorius, qui me ob eam rem ſequitur. P. Vis igitur audire nos? Pr. Quid dicturi eſtis? O. Tertium librum diſtichorum moralium. Pr. Nonne alternis dicetis? Pa. Scilicet ſuum uterque diſtichon. Pr. At pueri (ne erretis) nolo vos audire tanquam judex. O. Cur non? Pr. Ne forte mea ſententia alteruter amicorum offendatur. Pa. In quo igitur nobis eris adjutor? Pr. Notabo in chartula diligenter utriusque lapſus: deinde referetis ad præceptorem. Pa. Quid tum fiet?

Pr. Ille

Pr. Ille utri videbitur victoriam & præmium adjudicabit. O. Eris igitur nobis tantum testis. Pr. Sic intelligo. Pa. Optima sane videtur mihi ratio. O. Mihi quoque valde probatur. Pr. Sed unum restat. Pa. Quid est? Pr. Vultisne præter lapsus manifestos, hæsitationes etiam notari? Pa. Sic volunt Præceptoris leges super hac re. Pr. Date mihi librum in manum, ut certius observare possim. O. Tene meum. Pa. Incipiamne? O. Æquum est: quia tu à me provocatus es. Pa. Audi (quæso) Prætori, sed diligenter. Pr. Tu vero cave dicas negligenter.

Hoc quicunque cupis carmen cognoscere lector,
Quum præcepta ferat: quæ sunt gratissima vitæ.
O Instrue præceptis animum: nec discere cesses;
Nam sine doctrina, vita est quasi mortis imago;
P. Commoda multa feres: sin autem spreveris illud,
Non me scriptorem, sed te neglexeris ipse.
P. Cum recte vivas, ne cures verba malorum:
Arbitrii nostri non est, quid quisque loquatur.

COLLOQ. VIII.

Argumentum: *Robertus & Salomon ante lusum tractant studiorum aliquid.* A lusu ad studium reditur difficilius. Exemplum puerorum studiosorum.

Robertus, Salomon.

Euge, dimissi sumus ad lusum: audistin? S. Quidni audierim? cum egomet adfuerim. R. Placetne paulisper confabulari? deinde ludemus una. S. Mallem ego prius ludere. R. Atqui difficile est ludum abrumpere. S. Plane verum dicis: & ego in me sic experior. R. Quoniam igitur placet tibi mea ratio, da nobis aliquid argumenti ad confabulandum. S. Imo tuum est dare, ut qui me lacessiveris. R. Æquum dicis: redde nomina latine, quæ tibi germanice proponam. S. Qua de re propones? R. De supellectili. S. Tentabo respondere, modo ne plura quam decem proponas. R. Enumerabo in digitis, ne

forte numerum excedam. Audi igitur. S. Iſtic ſum. R. Eine Rechenbanck. S. Abacus. R. Ein Seſſel. S. Sella. R. Ein Leuchter, S. Candelabrum. R. Ein Keſſel, S. Ahenum. R. Ein Blaßbalg, S. Follis. R. Ein Pfülwe, S. Pulvinus. R. Ein Hauptküſſen, S. Cervical. R. Ein Leilach, S. Linteum. R. Ein Hafen, S. Olla. R. Eine Weinkanne, S. Oenophorum. R. Erraſti ſemel. S. Ubi? R. Dixiſti linteum pro lodice. S. Fateor, debeo tibi ſemel victoriam. R. Nunc viciſſim propone, ut redimas, ſi potes. S. Vis reſpondere de eduliis? R. Ut libet. S. Friſch Fleiſch, R. Caro recens. S. Schweinen Fleiſch, R. Suilla. S. Wildpret, R. Ferina. S. Schweinen Wildpret, R. Aprugna. S. Geſottene Milch, R. Lac decoctum. S. Molcken, R. Serum vel ſerum lactis. S. Friſcher Käß, R. Caſeus recens. S. Fleiſch-Brüh, R. Jus carnium. S. Geſottene Fiſch, R. Piſcis elixus. S. Einer Sauſe, R. Condimentum. S. Falleris. R. Quid erg o eſt? S. Intinctus. R. Condimentum volo. S. At ego nolo contendere. R. Quis contendit? conſulamus. S. Quin prius ludamus: illud fiet poſterius. R. Age, fiat: ne amittamus ludendi occaſionem.

COLLOQ. IX.

Argumentum: *Attingitur differentia inter hortum & hortos.* Rerum nomina tenere non ſatis eſt, niſi res ipſas cognoſcamus.

Timotheus, Vincentius.

Quæ ſunt arbores in horto veſtro? V. Hortum habemus ſuburbanum, in quo ſunt olera, quibus veſcimur quotidie? præterea ſunt in fundo noſtro uno horti, variis arboribus conſiti. T. In horto quæ ſunt olera? V. De hoc mater melius reſpondere poſſet. Nam illic ſæpe verſatur, aut ſerendi cauſa, aut ſarriendi, aut aliquid colligendi. T. Sed tamen dic mihi aliquot olerum nomina. V. Parum prodeſſet nomina tibi recenſere, niſi res

Digitized by Google

res ipsas videris, quin eamus in rem præsentem. T. Potes ire, quando libet? V. Possum quidem, matre permittente. T. Fac, amabo, permittat, sed ea lege, ut me tibi comitem assumas. V. Id facillime fiet; tantum hic me exspecta: mox rediero. T. Quid, si ea domi non est? V. Tamen huc tibi renunciabo. T. Bene vertat Deus.

COLLOQ. X.

Argumentum: *Nominum secundæ declinationis repetitio.* Repetitiones confirmandæ memoriæ serviunt.

Adamus, Bernardus.

Visne repetamus una? B. Quidnam? A. Id quod nobis præscriptum est. B. Equidem volo, sed quo genere repetendi utemur? A. Audiamus nos vicissim. B. Sic præceptor nos monet sæpe. A. Recte monet: sed male paremus. B. Uter incipiet? A. Ego, si tibi ita placet. B. Maxime placet: incipe igitur. A. Secundæ declinationis nomina his exemplis latine declinantur:

Magister, puer, dominus, lanius, Antonius, regnum.

B. Quæ sunt hodie declinanda? A. Hesternum quidem est lanius, hodiernum vero, Antonius.

B. Cur nos id repetimus quotidie, quod pridie reddidimus? A. Quia sic præceptor jubet. B. Id satis scio: sed cur jubet? A. Ad confirmandam memoriam. B. Age, declina Lanius.

A. N. S. Hic Lanius: G. hujus Lanii, &c. ad finem usque.

B. Verte Germanice: A. Lanius, lanii, g. m. Ein Metzger.

B. Declina Antonius.

A. N. S. Hic Antonius. G. hujus Antonii. D. huic Antonio, &c. ad finem usque.

B. Verte Germanice: A. Antonius, Antonii, g. m. est nomen viri, Es ist ein Manns-Namen, auf teutsch Thunies, oder Antoni. B. Cur dicis nomen

viri, tu nondum es vir. A. Fateor, ſed ſunt alii Antonii, qui viri ſunt. B. Utinam aliquando vir evadas. A. Evadam Deo juvante.

B. Attende nunc, ut viciſſim audias me. A. Iſtic ſum: dic audacter.

B. Secundæ declinationis omnia. A. Deſine, præceptor adeſt. B. Audio tuſſientem, deſinamus: ne putet, nos garrire.

COLLOQ. XI.

Argumentum: *Nominum tertiæ declinationis repetitio.* Tempore non eſt abutendum. Præceptor non eſt metuendus in re bona.

Cornelius, Daniel, Diodorus.

Quid agis Daniel? Inſtat Præceptoris adventus. Da. Scilicet inſtat: nondum eſt ſemihora poſt ſecundam. C. Tamen non debemus interim tempore ſic abuti: repetamus. Da. Non ſtabit per me, ego enim ſum paratus. C. Incipe igitur. Di. Exſpectate parumper, quæſo: ego quoque ſum veſtræ decuriæ. C. Matura. Da. Dicamus ſuum quisque caſum ordine, ut interdum nos docet Præceptor. C. Satis eſt verborum: attendite. Di. Quid aliud agimus?

C. Tertiæ declinationis nomina his exemplis latine declinantur, Pater, Lumen, Rupes, Meſſis, Pars, Sedile, Vectigal, Laquear.

Da. N. S. Hæc Rupes. Di. G. hujus rupis. C. D. huic rupi. Da. Ac. hanc rupem. Di Voc. ó rupes. C. Ablat. ab hac rupe. Da. N. Pl. hæ rupes. Di. G. harum rupum. C. Erraſti Diodore: corrige erratum. Da. G. harum rupium. C. D. his rupibus. Da. Ac. has rupes. Di. Voc. ô rupes. C. Ablat. ab his rupibus. Da. Verte germanice. Di. rupis g. f. Ein Felß. C. Pone in oratione. Da. Non eſt in libro noſtro. C. Sed Præceptor docuit. D. Alta rupes, Ein hoher Felß.

Di.

Digitized by Google

Di. N.S. Hæc Meſſis. C. G. hujus meſſis. Da. D. huic meſſi, &c. *Usque ad finem hujus nominis: deinde pergunt colloqui.*

D. Ambo erraſtis. Da. Erravi fateor. D. Ego quoque: ſed uter erit victus? Præceptor judicabit. Da. Æquum dicis. C. Vultisne dicamus iterum ad memoriam confirmandam? D. Quidni? Da. Quid ſi Præceptor intervéniat? C. Quid tum? Laudabit nos ore pleno. Di. Sed mutandus eſt ordo. C. Non eſt dubium. Incipe Daniel, Da. Tertiæ declinationis nomina, &c.

COLLOQ. XII.

Argumentum: *Adjectivi tertiæ declinationis repetitio.*

Eudoxus, Fridericus.

E. Visne repetere mecum? F. Cur tam cito? E. Ne obſervator nos deprehendat garrientes aut otioſos. F. Age, repetamus: ſed uter incipiet? E. Ego, quia victor ſum. F. Dic igitur. E. Prudens nomen adjectivum ſic declinatur in genera.

Hic prudens, g. m. hæc prudens, g. f. hoc prudens, g. n. Idem nomen ſic declinatur in caſus.

N. S. Hic & hæc & hoc prudens.
F. G. prudentis.
E. D. prudenti.
F. Ac. prudentem & prudens, &c. ad finem usque.

COLLOQ. XIII.

Argumentum: *Nominum tertiæ & quartæ declinationis repetitio.* Repetitiones ſæpius iterandæ.

Gerardus, Henricus.

Mox aderit Præceptor, repetamus. H. Quid opus eſt mihi repetitione? ſolus repetivi ſatis: omnia teneo memoria. G. Quid tum? quanto ſæpius repetes, tanto melius tenebis. H. Bene mones: habeo tibi gratiam. G. Incipe: tempus abit. H. Quartæ declinationis. G. Erras Henrice. Incipiendum eſt ab exemplo heſterno. H. Erravi,

ravi, fateor. G. Dic igitur nunc recte. H. N. S. Hoc Sedile, G. hujus ſedilis, &c. ad finem usque.

Quartæ declinationis nomina hoc exemplo declinantur.

N. S. Hic Senſus: G. hujus Senſus. D. huic ſenſui. G. Hactenus: audio præceptorem.

COLLOQ. XIV.

Argumentum: *Verbi ſecundæ conjugationis repetitio.* Luſibus ſtatuendus eſt modus. Studia jucunde conferenda.

Iſaacus, Lucius, Michael.

Hic dies nobis eſt feriatus: & jam ſatis luſimus. L. Satis, opinor. I. Vultis ergo, ut animi gratia conferamus de ſtudiis noſtris? L. Sane mihi gratum feceris. M. Mihi vero gratiſſimum. L. Sed quid tractabimus? I. Tentemus declinare aliquod verbum latine ſimul & Germanice. M. Incipe igitur, quia nos provocaſti. I. Faciam, quando ita placet vobis. L. Audiamus.

I. Indicativi modi præſens tempus, Doceo, ich lehre, doces, du lehreſt, docet, er lehret, Plural. Docemus, wir lehren, docetis, ihr lehret, docent, ſie lehren.

L. Præteritum imperfectum, Singulariter, Docebam, ich lehrte, docebas, du lehrteſt, docebat, er lehrte, Plural. Docebamus, wir lehrten, docebatis, ihr lehrtet, docebant, ſie lehrten.

M. Præteritum perfectum, Singulariter, Docui, ich habe gelehrt, docuiſti, du haſt gelehrt, docuit, er hat gelehrt, Pluralit. Docuimus, wir haben gelehrt, docuiſtis, ihr habt gelehrt, docuerunt, vel docuêre, ſie haben gelehrt.

L. Præteritum plusquamperfectum, Singulariter, Docueram, ich hatte gelehrt, docueras, du hatteſt gelehrt, docuerat, er hatte gelehrt, &c. Sic pergant, quatenus placet.

COL-

COLLOQ. XV.

Argumentum: *Verbi tertiæ conjugationis repetitio.* Studiorum collatio comis esse debet, nec austera. Gratulandum aliis, si officium recte faciunt: sed laus debetur soli Deo.

Nicolaus, Olivarius.

Cur tu es otiosus? O. Non sum omnino. N. Quid agis igitur? O. Cogito de lectione reddenda. N. Ego quoque id ago: repetamus una. O. Fiat: sed quam rationem tenebimus? N. Age præceptoris partes, ego discipuli. O. Valde mihi placet conditio. N. Sed ne sis mihi austerior. O. Ne timeas: nosti me satis. N. Novi. O. Declinato *Lego* in modo infinito. N. Infiniti modi tempus præsens & præteritum imperfectum, Legere, Præteritum perfectum & plusquamperfectum, Legisse. O. Perge. N. Sine me paulisper respirare, quæso, præceptor. O. Perge nunc. N. Futurum indefinitum, Lecturum esse. Gerundia, Legendi, &c. ad finem usque. O. Gaudeo, te recte fecisse officium. N. Ego vero mihi gratulor: sed est Deo gratia. O. Recte dicis, utinam ex animo. N. Ex animo certe. O. Bene habet, desinamus, sentio præceptoris adventum. N. Eccum, adest.

COLLOQ. XVI.

Argumentum: *Verbi quartæ conjugationis repetitio.* Utilitas publica omnibus modis procuranda.

Philippus, Rudolphus, Stephanus, Thomas, Valerius.

Heus pueri, nos hic sumus quinque; repetamus hodiernum verbum, ut solemus coram præceptore.
R. Nemo (ut opinor) contradicet. St. Incipe igitur Philippe, qui primus sedes.
P. Optativi & subjunctivi modi præsens tempus:
S. Audiam. R. Audias. S. Audiat.
Th. Audiamus. V. Audiatis. P. Audiant.

R. Præ-

R. Præteritum imperfectum. S. Audirem.
R. Audires. Th. Audiret. V. Audiremus.
P. Audiretis. R. Audirent.
St. Præteritum perfectum. S. Audiverim. Th. *usque ad finem verbi hoc pergant ordine.*

COLLOQ. XVII.

Argumentum: *Andreas cujusdam orationis partes & accidentia audit ex Beato.*

Andreas, Beatus.

Dic latine: Laßt uns unſere Lection wiederholen. B. Repetamus una prælectionem. A. Hæc oratio quot habet partes? B. Tres. A. Diſcerne ſingulas nominatim. B. *Repetamus*, eſt verbum: *una*, adverbium: *Prælectionem*, nomen. A. Declara paulo plenius. B. Tu igitur præito mihi, ut ſolet Præceptor. A. Repetamus. B. Repeto, repetis, repetere, conjugationis tertiæ, ſicut lego, legis, legere. Præteritum, Repetivi: Supinum, Repetitum, Participia, Repetens & Repetiturus. A. Una. B. Non declinatur, quia eſt adverbium hoc in loco. A. Prælectionem. B. Prælectio, prælectionis, g. f. Eine Lection.

COLLOQ. XVIII.

Argumentum: *Duo pueri diligenter repetunt, quæ ſunt in auditorio reddituri.* Exemplum diligentiæ in pueris, pro captu ætatulæ. Utinam ætate & doctrina provecti hoc imitarentur exemplum.

Criſpus, Deſiderius.

Repetamus nomina quotidiana, ut certius reddamus ea Præceptori. D. Bene mones, præito mihi heſterna. C. Dic latine, Ein Aug. D. Oculus. C. Das rechte Aug. D. Oculus dexter. C. Das lincke Aug. D. Oculus ſiniſter. C. Beyde Augen. D. Ambo oculi. C. Probe tenes.

D. Nunc audi, an recte ſolus dicam. C. Age; audio.

D. Ein

D. Ein Aug. C. Debes enumerare in digitis, ut docet Præceptor. D. Quid prodeſt iſtud? C. Ad memoriam juvandam. D. Quid hoc ſibi vult? C. Non audiviſti toties? D. Ego ſum oblivioſus: quid agerem? C. Eſto diligentior ad ea retinenda, quæ præceperis. D. Quod me fideliter mones, pergratum facis. C. Age, ad rem redi. D. Ein Aug, Oculus. Das rechte Aug, Oculus dexter. Das lincke Aug, Oculus ſiniſter. Beyde Augen, Ambo Oculi. C. Quam recte omnia dixiſti. D. Repetamus etiamhodierna. C. Placet. At tu viciſſim præito mihi. D. Eine Hand, C. Manus. D. Die rechte Hand, C. Manus dextra. D. Die lincke Hand, C. Manus ſiniſtra. D. Beyde Hände, C. Ambæ manus. D. Reſtat, ut ſolus dicas. C. Eine Hand, Manus. Die rechte Hand, Manus dextra. Die lincke Hand, Manus ſiniſtra. Beyde Hände, Ambæ manus. D. O ſi tam bene diceremus coram Præceptore. C. Quid obſtat? D. Quia timemus. C. Et tamen errata noſtra ſatis humaniter corrigit. D. Neſcio, quid hoc ſibi velit: ego ſemper ſum timidus in principio. C. Iſtud eſt quodammodo naturale omnibus, ut audivimus ex Præceptore. D. Nunc repetendum eſſet latine, & germanice, ſed Præceptorem venientem video. C. Ingrediamur.

COLLOQ. XIX.

Argumentum: *Puer ultro ſaluratum venit præceptorem, comiter ab illo excipitur, reddit, quæ præſcripta fuerunt. Laudatur à magiſtro. Deum laudat, munuſculis blandis invitatur.* Exemplum ad parvulos blande & comiter in ſchola tractandos, ne ſeveritate diſciplinæ abſterreantur.

Eraſmus, Præceptor.

E. Salve Præceptor. P. Salvus ſis, mi Erasme. Unde venis tam multo mane? E. E cubiculo noſtro. P. Quando ſurrexiſti? E. Paulo ante ſextam, Præceptor.

P. Quid

P. Quid ais? E. Sic eſt ut dico. P. Tu nimis es matutinus; quis te expergefecit? E. Frater meus. P. An precatus es Deum? E. Quum primum frater me pexuit, precatus ſum. P. Quomodo? E. Flexis genibus & conjunctis manibus dixi precationem Dominicam, cum gratiarum actione. P. Qua lingua? E. Latina. P. O factum bene, quis te miſit ad me? E. Nemo. P. Quid ergo? E. Ultro veni. P. Mi animule, quam pulchrum eſt ſapere! Nonne eſt jentandi tempus? E. Nondum eſurio. P. Quid vis igitur? E. Volo reddere nomina quotidiana, ſi tibi placet audire me. P. Quidni placeret? tenes igitur memoria? E. Teneo, gratia Deo. P. Age, pronuncia. E. Sed mihi ſoles præire germanice, & ego latine reſpondeo. P. Bene mones: pene iſtud oblitus eram, reſponde igitur. E. Expecto, ut propomas. P. Das Haupt, E. Caput. P. Der Scheitel, E. Vertex. P. Das Vordertheil des Haupts, E. Sinciput. P. Das Hintertheil des Haupts, E. Occiput. P. Nunc reſponde germanice, Caput. E. Das Haupt. P. Vertex. E. Der Scheitel. P. Sinciput. E. Das Vordertheil des Haupts. P. Occiput. E. Das Hintertheil des Haupts. P. Quid ſi nunc ſolus dicas omnia? E. Facile dicam. P. Ego vero te libenter audiam. E. Das Haupt. Caput. Der Scheitel, Vertex. Das Vordertheil des Haupts, Sinciput. Das Hintertheil des Haupts, Occiput.

Nonne bene dixi, Præceptor? P. Quam optime. E. Laudetur Dominus Deus. P. O pulchrum verbum! ito nunc petitum ab ancilla jentaculum. E. Malim abs te accipere, Præceptor, ſi tibi non eſt moleſtum. P. O! quam te amo de iſto verbo, age, ſequere me, dabo tibi aliquid boni: quia tuum recte feciſti officium. Quid eſt hoc? E. Panis candidus, Weißbrod, P. Quid hæc ſunt? E. Ficus aridæ, Dürre Feigen. P. Numera. E. Una, duæ, tres, quatuor, quinque, ſex. P. O lepidum capitulum! jenta nunc otioſe.

COL-

Digitized by Google

COLLOQ. XX.

Argumentum: *Pueri elementarii, extra ordinem ludendi viam petunt.*

Faber puer, *Præceptor*, *Guilielmus & Henricus*, pueri.

Salve Præceptor. Pr. Sit vobis ſalus à Chriſto. Pueri. Amen. Pr. Jamne repetiviſtis? Fab. Etiam, Præceptor. Pr. Quis docuit vos? Fab. Subdoctor. Pr. Quid nunc vultis? Guil. Ut per te liceat nobis parumper ludere. Pr. Non eſt ludendi tempus. Hen. Non petimus omnibus, ſed nobis parvulis tantum. Præc. Atqui pluit, ut videtis. Guil. Ludemus in pergula. Pr. Quo luſu? Pueri. Aciculis vel juglandibus. Pr. Quid mihi dabitis? Fab. Dicemus nomina. Pr. Dicite igitur. Fab. Papier, Charta. Dinten, Atramentum. Dixi. Guil. Ein Buch, Liber. Ein Büchlein, Libellus. Dixi. H. Eine Kirſche, Cerafum. Baumnüß, Juglandes. Diximus. Pr. Quam belli eſtis homunculi. Ludite ad cœnam usque. Pueri. Gratias agimus. Præceptor.

COLLOQ. XXI.

Argumentum: *Magiſter à diſcipulo interrogatus, reſpondet humaniter.* Bonus Præceptor bene optat diſcipulis. Solus Deus dat bene agendi voluntatem. Omnis boni gratia Deo debetur. Regula citra exceptionem vix ulla eſt. In dubiis grammaticis conſulendæ ſunt regulæ. Studioſus doctos ad imitandum obſervare debet. Præclara opera longiori tempore indigent. Experientia. Patrum indoctorum ſtultitia. Tempus exſpectandum. Scientia magnis laboribus comparatur. Exemplum boni Præceptoris, & diſcipuli ſtudioſi.

Jacobus, *Præceptor.*

Præceptor, licetne pauca? Pr. Loquere, quid velis. I. Quum interdum dicis alicui noſtrum, ubi eſt follis? vel cedo follem: non apparet, utrum follis ſit maſculini an fœminini generis. Pr. Non apparet, fateor: quid tum? I. Unde igitur ſcire poſſumus? Pr. Cur me de hoc nun-

nunquam rogaſtis? I. Tam multa tam ſæpe interrogamus, ut vereamur, ne tibi moleſti ſimus. Pr. Quaſi vero iſtud unquam præ me feram: contra, eo magis amo vos, quo me rogatis ſæpius. Quid enim magis cupio, quam ut aliquando vos videam & optimos & doctiſſimos? I. Habemus gratiam maximam, præceptor humaniſſime. Pr. Eam gratiam ego & vos Deo noſtro debemus, qui ſolus ſua bonitate, utrisque bonam dedit voluntatem. I. Faxit ille, ut hoc beneficio rectè ſemper utamur in ipſius gloriam. Sed dic quæſo, follis cujus generis eſt? Pr. Maſculini. I. At ego potius fœminini dixiſſem. Pr. Quamobrem? I. Quia tale eſt pellis, quod eſt in Rudimentis pro exemplo poſitum. Pr. Non abs re id conjiciebas. Nam *is* finita, quale eſt pellis, magna ex parte fœminina ſunt. I. Non igitur omnia. Pr. Vix ulla eſt tam generalis regula, quæ exceptione careat. Follis igitur ſub exceptionem cadit: quia maſculinum eſt. Sic aliquot alia, ut ignis, piſcis, axis &c. I. Sed unde illa dignoſcam? Pr. Facile cognoſces, quum perveneris ad Grammaticæ regulas. Sed interim latine loquentes attente obſerva, teque ad eorum imitationem diligenter accommoda. I. At iſtud longum eſt Præceptor. Pr. Non fiunt niſi longo tempore præclara ædificia. I. Experientia nos iſtud docet. At pater meus vellet me annuo ſpatio doctum videre. Pr. Ego vero iſtud unius diei ſpatio videre vellem. Sed quid agas? omnibus in rebus exſpectandum tempus eſt. Pater tuus, quia non didicit literas, neſcit, quid doctrina valeat, neque quantis laboribus illa comparetur. I. Verum dicis: ſed quid illi reſpondere poſſum, quum apud me conqueritur de temporis longi ſpatio in diſcendis literis? Pr. Docebo inter cœnandum, nunc ito luſum cum cæteris, ut me in muſeum recipiam. I. Ignoſce mihi (quæſo) Præceptor, quod te interpellaverim.

Pr. Ni-

Digitized by Google

P. Nihil me interpellasti: non enim occupatus eram. Præterea, si te audire mihi molestum fuisset, nonne poteram te in aliud tempus rejicere? I. Tuo jure id poteras. P. Abi igitur.

COLLOQ. XXII.

Argumentum: *Pædagogus à puero rationem studii exigit: reddit puer alacriter: Admonetur, ut à mendacio caveat.* Formula ad verborum declinationem pueris breviter indicandam, postquam exempla generalia didicerint.

Pædagogus, Lambertus.

Esne paratus ad reddendam studii tui rationem? L. Paratus, ut mihi videor. Pæ. Redde igitur, & esto præsenti animo. L. Hoc matutino tempore primum pronunciavimus carmen ex Catone: deinde ejus interpretationem latine & germanice reddidimus: postremo bini tractavimus singulas partes orationis cum attributis & significatione. Pæ. Rectene feciſti officium tuum? L. Puto, me satis feciſſe Præceptori magna ex parte. Pæ. Vide, ne mentiaris. Nam ego illum percontabor. L. Ut voles, Præceptor: nihil hac in re metuo. Pæ. Age, pergamus. Meridie quid habetis reddere? L. Habemus declinare verbum *possum*, latine & germanice. Pæ. Nihil præterea? L. Nihil. Pæ. Ego te istud alias docui: Nonne tenes memoria? L. Non ausim affirmare, donec tentavero. Pæ. Declina in primas personas: cætera tibi erunt facillima.

L. Indicativus, possum, Ich kan, poteram, Ich konte, potui, Ich habe gekönt, potueram, Ich hatte gekönt, potero, Ich werde können, Imperativus deest.

Optativus, utinam possim, wolte GOtt, daß ich könte, utinam possem, ach daß ich könte, utinam potuissem, wolte GOtt, daß ich hätte gekönt.

Subjunctivus, ut possim, Daß ich könne, ut possem, Daß ich könte, quamvis potuerim, Ob ich wohl hab

gekönt, quamvis potuiſſem, Ob ich wohl hätte gekönt, quum potuero, Wann ich werde gekönt haben. P. Declina totum infinitivum.

L. Infinitivi modi præſens & præteritum imperfectum, poſſe, Können. Præteritum perfectum & plusquamperfectum, potuiſſe, Gekönt haben, Cætera deſunt.

P. Cur hoc verbum, *poſſum*, caret futuro indefinito, cur item participio in *rus?* L. Quia non habet ſupinum. P. Quid tum? L. Illæ enim voces à ſupino formari ſolent. P. Da exemplum in aliquo verbo integro. L. Ut à ſupino *lectum* fit lecturus, & à lecturus fit lecturum eſſe. P. Recte ſane. Sed cur prætermiſiſti participium præſens à verbo poſſum, quum ſit in uſu, potens, potentis? L. Quia (ut ſæpe nos docuiſti,) Potens non eſt participium, licet à poſſum veniat. P. Quid ergo eſt? L. Nomen adjectivum. P. Probe meminiſti, utinam ſic pergas ſemper. L. Spero in dies meliora, per Dei gratiam. P. Ego quoque item tecum ſpero. Nunc reſtat, ut dicas præteritum cum prole. L. Potui, potueram, potuerim, potuero, potuiſſem, potuiſſe. P. Dic terminationes. L. *I, ram, rim, ro, ſem, ſe.* P. Dic ſignificationem. L. Poſſum, Ich kan, poſſe, können, P. Hactenus, ecce vocamur ad prandium.

COLLOQ. XXIII.

Argumentum: *Diſcipulus magiſtrum de dubio quodam conſulit. Magiſter benigne reſpondet.* Analogiæ non ubique fidendum. Latinitas quibus conſtet maxime. Ætatis progreſſus quid requirat. Omnis profectus noſter Deo tribuendus. Citra favorem divinum fruſtra laboramus. Exemplum anomaliæ in genere & accentu ſub eadem terminatione.

Marcellus, Præceptor.

Præceptor, licetne pauca? P. Dic libere. M. Cur non dicimus, Hic *arbor*, ſicut hic *labor?* Item cur genitivum arboris non proferimus penultima longa, ut fere

in

Digitized by Google

in cæteris nominibus terminationis ejusdem? P. Quia loquëndi uſus aliter approbavit. Nec enim ubique locum habet analogia: ſed ubi ea deficit, ſequendus eſt eorum uſus, qui rectè & pure locuti ſunt. Nam ipſa latinitas uſu & auctoritate magis quam ratione conſtat. M. Da igitur auctoritatem de nomine arbor. P. *Arboris exeſæ truncus*, apud Virgilium. Nonne hic manifeſte vides & genus & accentum? M. Video, Præceptor, ſed ſuntne alia eodem accentu? P. Inprimis Græca omnia, ut *Caſtor*, Caſtoris, ſic *Hector*, *Neſtor*, & ſimilia. Item hæc duo neutrius generis, *æquor*, æquoris, *marmor*, marmoris. Sunt & adjectiva quædam, ut memor. Talia quoque ſunt ex decus & corpus compoſita, ut indecor, indecoris; tricorpor, tricorporis. Sed hæc apud Grammaticos annotata facile per te invenies. Nam iſta ætas tua majorem in dies requirit diligentiam. Huc accedit, quod hæc ipſa, quæ tuo labore ac diligentia inveneris, firmiore tenebis memoria. M. Ago tibi gratias, humaniſſime Præceptor, quod me tanta humanitate non ſolum doces, ſed etiam admones. P. Benefacis: ſed interim volo memineris, ſoli Deo acceptum referre, quicquid boni ex labore meo in te proficiſcitur. Fruſtra enim docendo laboramus, niſi laboribus noſtris divinus favor acceſſerit. Noſti illud Apoſtoli: Neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat: ſed qui dat incrementum Deus. M. Eſſemus profecto plumbo ſtupidiores, ſi iſta ignoraremus, quæ nobis tam ſæpe inculcas tamque diligenter. P. Tanto diligentius vos oportet tum meminiſſe, tum recordari. Sed jam tempus eſt, ut ad quotidianum penſum te referas: ego vero interea me abdo in muſeolum.

COLLOQ. XXIV.

Argumentum: *Pueri, qui in quotidiano ſermone ad latine loquendum diligenter exercentur, multa diſcunt ſine regulis Grammatices.* Bene precandum omnibus, maxime noſtris.

Præceptor, Nicomachus.

Da latine, Ein Buch. N. Liber. P. Liber cujus generis? N. Maſculini. P. Qui ſcis? N. Ex bene loquendi uſu & conſuetudine. P. Oſtende uſum. N. Nam quotidie loquentes, ſic dicimus, Hic liber cujus eſt? Dicimus item ſæpe numero Liber meus, Liber tuus, Bonus liber & ſimilia. P. Bene reſpondiſti: Sed quis loquendi uſum te docuit? N. Tu ipſe, Præceptor. P. Ergone tenes omnem uſum linguæ latinæ? N. Si tenerem, jam non eſſem diſcipulus. P. Quid igitur? N. Magiſter, fortaſſe. P. Abi, reſponſo tuo contentus ſum. N. Gaudeo ſane. P. Age gratias Deo, qui tibi dedit ingenium & mentem bonam. N. Utinam ſemper agnoſcam ejus in me beneficia. P. Utinam ille favore ſuo tua ſtudia proſequatur. Quid hoc ſibi vult Nicomache? N. Quod mihi bene precaris. P. Ergo tu quoque memento bene ex animo precari omnibus, præcipue vero condiſcipulis tuis. N. Meminero, Præceptor. P. Addendum fuerat, Deo juvante. N. Oblitus ſum, fateor.

COLLOQ. XXV.

Argumentum: *Parvulus puer ludendi copiam ſibi & condiſcipulis impetrat.* Quintil. Nec me offenderit lusus in pueris. Exemplum ad parvulos pueros, &c. *Ut in colloquio decimo nono.*

Obertus, Pædagogus.

Præceptor, licetne pauca? P. Loquere audacter. Ob. Ego & condiſcipuli mei hoc fere toto triduo libris affixi fuimus, licetne pauliſper animum ludo relaxare? P. Dic igitur aliquam ſententiam. Ob.

Interpone tuis interdum gaudia curis:
Ut poſſis animo quemvis ſufferre laborem.

P. Dic verſus Germanicos, ſi memoria tenes. Ob.

Zwiſchen der Sorg und Arbeit dein,
Solt du bißweilen frölich ſeyn,
Alſo einer all Müh hernach,
Mit friſchem Muth ertragen mag.

Pæ-

Pæ. Quam recte dixisti omnia! Ob. Est Deo gratia. Pæ. Addendum posthac erit aliquid. Ob. Quidnam præceptor? Pæ. Qui dedit mihi ingenium & mentem bonam. Ob. Sed quis docebit me illa verba? Pæ. Ea scribam tibi in commentariolo tuo, ut ediscas. Sed dic mihi quæso, quis te docuit istam orationem, quam pronunciasti? Ob. Campanus heri dederat mihi scriptam: & ego memoriæ mandavi. Pæ. Profecto ego te amo, mi Oberte, ob istam diligentiam. Ob. Ago tibi gratias, Præceptor. Permittisne igitur, ut ludamus? Pæ. Sane, abi, renuncia condiscipulis tuis. Ob. Faciam. Pæ. Quid dicis illis? Ob. Id quod me docuisti aliquando. Pæ. Sed volo prius ex te audire. Ob. Gaudete pueri: en affero vobis jucundum nuncium. Ego vobis impetravi ludendi potestatem. Pæ. Euge, probe meministi, ito nunc jam.

COLLOQ. XXVI.

Argumentum: *Exemplum ad pueros in latinis germanice vertendis paulatim exerceudos.*

Præceptor, Petrus.

Attende Petre, ut discas latina bene germanice vertere. Pet. Attendo, Præceptor. Pr. At diligenter. P. Imo diligentissime & ex animo. Pr. Bene facis. P. Propone igitur mihi latina, ut nobis interdum soles. Pr. Quid opus est? P. Was iſt vonnöthen? Pr. Gallinæ. P. zu einem Hun, Pr. Ut. P. Daß, Pr. Illa. P. es, Pr. Sit. P. ſeye, Pr. Bona. P. Gut. Pr. Recte vertisti. Nunc ad singulas partes hujus orationis respondenominatim. P. Respondebo, quoad potero, dummodo mihi præieris. Pr. Quid. P. Est nomen. Pr. Opus. P. Nomen. Pr. Est. P. Verbum. Pr. Gallinæ. P. Nomen. Pr. Ut. P. Conjunctio hoc in loco. Pr. Illa. P. Pronomen. Pr. Sit. P. Verbum. Pr. Bona. P. Nomen. Pr. Age, dicamus iterum, ut singula paulo plenius intelligas. P. Quid nunc respondebo? Pr. Indica bre-

breviter ſingularum partium declinatum, ut vos docere ſoleo. P. Præito igitur, ut cœpiſti. Pr. Quid. P. *Quid, Cujus*, nomen ſubſtantivum anomalum. Pr. Opus. P. Hoc opus, operis, ut onus oneris. Pr. Falleris, Petre. P. Quid ita? Pr. Quia opus hic eſt adjectivum. P. Eho adjectivum? quomodo declinatur? Pr. Eſt indeclinabile. P. Me miſerum! nunquam iſtud audieram. Pr. Addendum fuit, quod ſciam, vel quod meminerim. P. Quamobrem? Pr. Quia fortaſſe audieras, ſed memineras male. P. Fieri poteſt: ſed perge quæſo me docere. Quid vernacule ſignificat iſtud nomen? Pr. Non ſolet germánice verti, niſi junctum cum verbo, *ſum, es.* P. Da exemplum. Pr. Quotidie in ore habes exempla. P. Nunc mihi non occurrunt. Pr. Nonne ſoles dicere, & audire ex condiſcipulis, Opus eſt mihi charta, atramento, pecunia, & ſimilibus? P. Sæpe dico, fateor, & ſæpe audio: ſed parum adverto. Pr. Nunc igitur adverte, & manda memoriæ. Opus eſt mihi pecunia ad libros emendos, Ich hab Geld von nöthē Bücher zu kauffen, vel ſic, Ich bedarff. P. Da item aliud exemplum, quæſo. Pr. Opus eſt tibi virgis, ut tua expellatur pigritia, Du bedarffſt Ruthen, damit deine Faulheit ausgetrieben werde. P. Fateor equidem, Præceptor: ſed Deus (ut ſpero) mei miſerebitur. Pr. Omnium miſeretur Deus, qui pie illum invocant. Sed de nomine, *opus*, jam ſatis multa, quod ad vos attinet: ad cætera redeo. Eſt. P. Sum, es, eſt, verbum anomalum. Pr. Gallinæ. P. Gallina, gallinæ, ut menſa, menſæ. Pr. Ut. P. Non declinatur, quia eſt conjunctio, germanice, auf daß, oder damit. Pr. Illa. P. Ille generis maſculini: illa fœminini, illud, neutrius. Pr. Declina in fœminino. P. Illa, illius, illi, &c. Pr. Sit. Pr. Declina in fœminino. P. Illa, illius, illi, &c. Pr. Sit. P. Jam dictum eſt. Pr. Bona. P. Bonus gen. maſculini: bona, fœminini: bonum, neutrius: nomen adjectivum. Pr. Confer ad exemplum. P. Juſtus, juſta, juſtum: bonus, bona, bonum. Pr. Nunc mutuo vos interrogate, ut plenius omnia tractetis.

LIBER SECUNDUS,

QUI EST DE LITERARUM STUDIIS,

eoque pertinentibus, & relaxationibus animorum.

COLLOQ. I.

Argumentum: *Puer diligentiæ in literis admonitus, frustra ait se moneri, quod aliquam artem mallet discere, quam literas.* Cuique ars discenda est ingenio suo apta.

Adolphus, Beatus.

MIror ego quid tibi velis, tu fere semper es otiosus, aut garris, aut ineptis. B. Quid vis faciam? A. Ut studeas diligenter. B. Cur me istud mones? A. Pro meo in te amore, tuaque utilitate. B. Frustra mones. A. Quid ita? B. Quia non est mihi animus in literis. A. Quid ergo velles? B. Discere aliquam artem aptam ingenio meo. A. Jamne cogitasti, quænam ars tibi placeat potissimum? B. Jam pridem. A. Cur ergo patrem non admones? B. Nunquam ausus sum. A. Cur non? B. Vereor, ne mihi irascatur. A. Roga Præceptorem, ut illi dicat. B. Imo te oro, mi Adolphe, dic tu ipse Præceptori meis verbis: nam verecundia me impedit. Faciesne, quod rogo? A. Faciam certe, idque libentissime. Valde enim tædet me videre te adeo remissum. B. O quam mihi gratum feceris! A. Sed Præceptor te appellabit. B. Quid tum? Oblata occasio me audacem reddet ad mentem meam libere aperiendam. A. Recte judicas. B. Tu igitur fac promissi memineris: deinde renuncia mihi, quid ille tibi responderit. A. Alioqui essem tibi nuncius inutilis.

COLLOQ. II.

Argumentum: *Puer infeliciori ingenio docetur, quibus adminis-*

culis ad eruditionem fiat progressio. Virtutis studium non parum ad eruditionem adipiscendam confert. Qui virtutis rationem habet, dotibus animi augetur à Deo.

Beatus, Calvinus.

Visne permanere in ista ignorantia? C. Avertat Deus. B. Quid igitur facies? C. Da mihi super hac re consilium, quæso. B. Inprimis Deum sæpissime & ex animo precare: deinde semper attentus esto: hoc est, diligenter audito, quicquid docetur, sive Præceptor loquatur, sive aliquid reddant condiscipuli tui: postremo caritatem diligenter cole. C. Quibus modis? B. Neminem neque lædito neque offendito: nemini invideto, neminem odio habeto: sed contra, omnes dilige tanquam fratres, ac bene omnibus, quoad poteris, facito. C. Quid illa mihi conferent ad studiorum profectum? B. Plurimum. C. Quomodo? B. Sic enim Deus tibi illuminabit ingenium: memoriam ac cæteras animi dotes augebit: denique studia tua ita promovebit, ut majores in ea re progressus in dies facias. C. Consilium mihi sane das optimum. Utinam in Dei ipsius gloriam uti perpetuo valeam, tibique aliquando referre gratiam. B. Non opto, ut mihi aliquid gratiæ eo more referas, nisi ut Deum sæpenumero laudes, studiaque honesta semper prosequaris, atque ita ad divinarum literarum cognitionem tandem pervenias.

COLLOQ. III.

Argumentum: *Hic probi adolescentis admonitio contemnitur ab improbo.* Scientia res inæstimabilis. Misericordia. Bona externa perdunt multos. Divitiæ sunt Dei donum, virtutis & scientiæ possessio. Mens bona.

Calvinus, Demetrius.

Quando repetes ludum literarium? D. Nescio. C. Cur de hac re patrem non admones? D. Quid putas me curare? C. Parum admodum, ut credo. D. Profecto verum

verum dicis. C. Satis eſt ſigni te non amare literas. D. Scio legere, ſcribere, latine loqui, ſaltem mediocriter; quid opus eſt mihi tanta ſcientia? Ego plura ſcio quam tres ſacerdotes Papiſtici. C. O miſerum adoleſcentem! Siccine rem contemnis inæſtimabilem? D. Quid tu ſic exclamas? unde tibi videor miſer? C. Amice, nulla tibi à me orta eſt injuria; quod enim tibi dixi, non eſt convitium, ne tu in malam partem accipias: ſed miſereor tui, quia id contemnis, quod felicitatem parit. D. Lucrum, divitiæ, voluptas felicitatem pariunt. C. Imo iſta multis fuerunt exitio: tametſi divitiæ ſunt donum Dei, nec nocent niſi iis, qui abutuntur: verum enim vero nulla eſt homini pretioſior poſſeſſio quam virtus, & rerum honeſtarum cognitio. D. Vis igitur concionari, ut video. C. Utinam divinas conciones audiviſſes diligenter. D. Hem, obtundis me, nunquid vis? C. Ut bonam mentem det tibi Deus. D. Ea fortaſſe tibi eſt magis opus quam mihi. Vale.

COLLOQ. IV.

Argumentum: *Patris docti diligentia in filiis domi docendis.* Beneficium Dei agnoſcendum ab iis, qui bonos parentes habent, Fratres ex fide in Chriſtum.

Demetrius, Eliſæus.

Quando rediiſti domo? E. Tantum redeo. D. Ubi eſt frater? E. Manſit domi. D. Cur manſit? E. Ut pranderet cum matre. D. Tu vero, cur etiam non manſiſti? E. Jam pranderam cum patre. D. Quis vobis miniſtrabat? E. Ancilla. D. Quid mater? ubi erat? E. Etiam domi, ſed occupata. D. Qua in re? E. In recipiendo tritico, quod nobis advectum fuerat. D. Quando redibis domum? E. Quum accerſar à patre. D. Quo die iſtud erit? E. Fortaſſe hinc ad quatuor dies. D. Cur vos tam ſæpe commeatis? E. Sic volunt parentes. D. Quid agitis domi? E. Quod jubemur à parentibus. D. Sed interim perit

Digitized by Google

vobis ſtudiorum tempus. E. Non omnino perit. D. Quid igitur? E. Quoties pater non eſt neceſſario occupatus, omnibus horis exercet nos mane, ante & poſt prandium, ante cœnam, à cœna ſatis diu, poſtremo etiam antequam cubitum eámus. D. Quibus rebus vos exercet? E. Exigit à nobis ea potiſſimum, quæ tota hebdomade in ſchola didicimus: themata noſtra inſpicit, ac de iis nos interrogat: ſæpe dat nobis aliquid modo latine, modo vernacule deſcribendum: interdum etiam nobis proponit brevem ſententiam vernaculo ſermone, quam latine vertamus: interdum contra, jubet aliquid latinum vernacule reddere.

Poſtremo, ante cibum & poſt, ſemper ex Bibliis germanicis, aliquid legimus idque tota præſente familia. D. Nihilne de Catechiſmo interrogat? E. Id facit omni die Dominico, niſi forte domo abſit. D. Mira narras, ſi modo vere. E. Imo ſunt longe plura, quam quæ tibi narravi: ſum enim oblitus morum civilitatem: de qua etiam admonere nos ſolet in menſa. D. Cur pater veſter tantum ſumit laborem in vobis docendis? E. Ut ſic intelligat, num in ſchola operam ludamus, & tempore abutamur. D. Mira hominis diligentia; atque adeo prudentia. O quam devincti eſtis patri cœleſti, qui talem patrem in terra dedit vobis! E. Faxit ille, ut hoc & cætera ejus beneficia nunquam obliviſcamur. D. Bonum & pium eſt illud optatum: cura, ut habeas non modo in ore, ſed in animo etiam magis. E. Quod me tam fideliter mones, habeo tibi gratiam. D. Bene monendi officium debemus omnibus, ſed maxime fratribus. E. Fratribusne igitur ſolis? D. Eos potiſſimum fratres hic dico, qui ex fide in CHRISTUM nobis conjuncti ſunt. E. Recte judicas, ſed viſo, num frater domo tandem reverterit? nam ad ceſſandum promtus eſt plus ſatis.

COL-

COLLOQ. V.

Eliſæus & Felix conferunt annos ſuos. Laudatur gi diligentia: item boni patris prudentia in libe. endorum cura. Agnoſcitur ea in re Dei beneficium. exercitationis in lingua latina à teneris annis.

Eliſæus, Felix.

ıs habes? F. Tredecim, ut à matre accepi: Equidem non tot habeo. F. Quot igitur? ɜ. F. Sunt ergo duodecim. E. In promtu eſt frater tuus quotum agit annum? E. Quin- ais? jam latine loquitur. E. Quid miraris? :mus domi pædagogum & doctum & di- :mper nos latine loqui docet: nihil verna- , niſi aliquid declarandi cauſa: quin etiam audemus niſi latine alloqui. F. Nunquam cule loquimini? E. Solum cum matre, idque m hora, quum illa nos ad ſe vocari jubet. is cum familia? E. Cum familia rarus eſt no- : quidem tantum in tranſitu: & tamen famu- atine alloquuntur. F. Quid ancillæ? E. Si s poſtulat, ut eas alloquamur, utimur ſer- culo, ut ſolemus cum ipſa matre. F. O vos tam diligenter docemini! E. Eſt Deo gratia, patrem habemus, qui curat nos tam accu- ndos. F. Certe ejus rei laus & honor unico ri debetur. E. Sed quid agimus? jam audio alogos. F. Ergo feſtinemus.

COLLOQ. VI.

n: *Liber elegantier compactus oſtentatur.* Repre- ſtulta quæſtio: excuſatur, quaſi jocus fuerit. Jo- familiares uſitatus. In jocis noſtris Deus non eſt lus.

Felix, Giraldus.

:e novus liber deauratus, quem tam magni- s? G. Terentius. F. Ubi impreſſus? G. Lutetiæ

F. Quis

F. Quis tibi dedit eum? G. Emi pecunia mea. F. Unde nactus eras pecuniam? G. Stulte istud quæris; quasi vero furatus sim. F. Absit à me id cogitare: sed animi causa id rogabam. G. Nec ego serio dictum tuum reprehendi: sed eo more jocari solemus cum familiaribus. F. Nihil jocari prohibet, modo ne Deus offendatur. Sed age, ad propositum revertamur: de quo emisti Terentium istum? G. De Clemente. F. Illone bibliopola circumforaneo? G. Maxime. F. Quanti constitit? G. Decem albis. F. Nihilne amplius? G. Nihil omnino. F. Profecto satis vile pretium. G. Præsertim quum auratus adeoque eleganter compactus sit. F. Erantne codices alii similes? G. Duo vel tres. F. Deduc me quæso ad illum. G. Eamus.

COLLOQ. VII.

Argumentum: *Giraldus ab Hermete librum commodato petit: non dat Hermes, quia jam alteri dederat. Idem mavult injuriam pati, quam accusare condiscipulum ob privatam injuriam. O caritatem rarissimam!* Consilium bonum res est tutissima.

Giraldus, Hermes.

Commoda mihi Virgilium tuum in duos dies, si nullo incommodo tuo id fieri potest. H. Profecto non possum. G. Cur non? H. Quum Gerardus his diebus à me commodato accepisset, pignori oppositit. G. Ain tu, pignori? H. Sic est, ut dico. G. Quanti oppigneravit? H. Tribus (ut ait) albis. G. O hominem ingratum! H. Tantumne ingratum? G. Imo vero & ingratum, & malum. Sed nunquid ille rem tuam oppignorare potuit, te inconsulto? H. Potuit, ut factum vides. G. Non tamen debuit. H. Rem acu tetigisti: sed quid facerem? G. Rogas? Defer eum ad Præceptorem. H. Malo istam pati injuriam, quam committere, ut miser vapulet. G. Bene facis, dummodo tuum reddat. H. Reddet, spero. G. Unde redderet? H. Ait se brevi accepturum à patre pecuniam. G. Quid si te fallit? H. Fieri potest:

Digitized by Google

oteſt: ſed tamen aliquot dies exſpectabo, quid futurum t; poſt deinde conſilium capiam. G. Conſiliq recto ihil eſt tutius. H. Meminiſti probe; ſic enim Præ-ptor dictavit nobis. Sed nunquid vis aliud? G. Ut be-e tibi ſit. H. Et tibi optime.

COLLOQ. VIII.

rgumentum: *Quæritur liber per oblivionem relictus. Argui-tur negligentiæ, qui reliquerat.*

Hermes, Juſtus.

Vidiſtine librum meum? J. Quem librum quæris? H. ceronis epiſtolas. J. Ubi reliqueras? H. Oblitus eram auditorio. J. Tua fuit negligentia. H. Fateor: ſed in-im indica, ſi quem ſcias accepiſſe. J. Cur non adis Præ-ptorem? Solet enim (ut ſcis) quæ à nobis relicta ſunt, : ferre in muſeolum, aut alicui dare, qui reddat. H. Be-mones. O me oblivioſum, cui iſtud in mentem non ierat.

COLLOQ. IX.

umentum: *Liber inventus redditur ſuo domino.* Summo re non eſt ſemper agendum. Leges ſcholaſticæ. Leges quitate regendæ. Cauſa ſine periculo. Petitur gratiæ re-tio. Exemplum hoc eſt caritatis.

Juſtus, Levinus.

Nonne hic liber tuus eſt? L. Oſtende mihi: agnoſco m, ubi inveniſti? J. In auditorio noſtro. L. Ago gratias, quod eum collegeris. J. Atqui nunc notan-eſſes, ſi ſummo jure vellem tecum agere. L. Ipſæ i leges cupiunt, ut jure regantur. J. Quo jure re-ir leges noſtræ? L. Æquitate & Præceptoris rio, nempe qui nobis eas privatim condide-præterea non ſolet tam ſeverus eſſe in eo, quod egligentia vel oblivione peccatum eſt. J. Sic expertus ſum, ſed quoquo modo pecca-, dicenda erit cauſa coram obſervatore.

L. Non

L. Non timeo cauſam dicere, ubi nihil eſt periculi. I. Taceo. L. Sed quæſo quid opus eſt, ut id ſciat obſervator? Hoc enim Deus nihil offenſus eſt. I. Age celabo. L. Benefacies. I. Sed heus, memento par pari referre, ſi forte mihi acciderit aliquod delictum ejusmodi. L. Æquum bonum dicis: meminero.

COLLOQ. X.

Argumentum: ***Lævinus & Marcus ſuos ſibi viciſſim libros enumerant.*** **Legendi interdum libri extraordinarii: Præſtat ſero quam nunquam diſcere.**

Lævinus, Marcus.

Habesne multos libros? M. Non admodum. L. Sed quos habes? M. Rudimenta Grammaticæ, Colloquia Scholaſtica, Terentium, Epiſtolas Ciceronis cum vernacula interpretatione, Catonem, Dictionarium, Teſtamentum Germanicum, Pſalmos cum Catechiſmo, præterea librum chartaceum ad ſcribendum dictata Præceptoris. L. Tu vero quos habes? M. Omnes habeo, quos enumeraſti, præter Catonem, Terentium, & Ciceronis epiſtolas. Cur enim libros haberem, qui non præleguntur in claſſe noſtra? At ego, dum ſumus otioſi, lego interdum illos: ut ſemper aliquid addiſcam novi, præſertim in lingua latina, & honeſtatis moribus. L. Prudenter facis, mi Marce. O me miſerum, qui nunquam didici, quid ſit ſtudioſum eſſe! M. Diſce igitur. Præſtat enim ſero, quam nunquam diſcere.

COLLOQ. XI.

Argumentum: ***Liber commodato petitur, isque impetratur; ſed ab alio quodam repetendus.*** **Beneficio non abutendum.**

Marcus, Nathanael.

Visne mihi commodare tuum Terentium? N. Volo equidem, modo illum repetas à Conrado, cui utendum dedi. M. Quo ſigno vis repetam? N. Nempe hoc, quod ejus habeo epiſtolas. M. Id mihi ſatis eſt. N. Sed quan-

quando reddes? M. Quum descripsero contextum in tres aut quaruor prælectiones. N. Matura igitur: ne meo studio incommodes. M. Maturabo. N. Sed heus tu, cave macules: alioqui ægre commodabo posthac. M. Nempe indignus essem beneficio.

COLLOQ. XII.

Argumentum: *Repetitur commodatum, dilationem petit, qui commodato acceperat, eamque impetrat.*

Langius, Lazarus.

Cur non reddis mihi librum? Laz. Exspecta in crastinum diem: nondum satis usus sum. Lang. Libenter expectabo. Laz. Referam tibi gratiam, Deo volente. ang. Pro tantillo beneficio nullam exspecto gratiam. az. Tamen est meum agnoscere.

COLLOQ. XIII.

rgumentum: *Brevis confabulatio, sed doctrina plena. Vir bonus & prudens occasionem docendi capit e re minima.*

Nathanael, Obertus.

Unde veniebas modo? Ob. E culina. Na. Quid illuc ras? Ob. Ut me calefacerem. Na. Tu, credo, libens es in culina, quam in schola, nonne? Ob. Nihil min: in schola non est ignis, sicut in culina. Na. Abi, s. Ob. Utinam tam saperem in divinis rebus, quam ura corporis! Na. Fac sapias. Ob. Quomodo? Na. lio, cura, labore, diligentia. Ob. Non parco labori. Recte facis: sed est tempus exspectandum, cujus ressu fiunt omnia: interea precandus est Deus assi- Ob. Bene mones; utinam ille studia nostra prorat in gloriam sui nominis. Na. Id faciet, si pergaeum colere diligenter.

COLLOQ. XIV.

ientum: *Amici libera reprehensio si bene accipiatur, haud iocriter prodest.*

Obertus, Pontanus.

le nunc redis? Pont. Foris. Ob. Cur prodieras? P. Ut

Digitized by Google

irem domum. O. Quid eo? P. Petitum libros meos. O. Eho, cur non attulerus? P. Oblitus eram. O. Siccine ſoles jentaculum aut merendam obliviſci? P. Rariſſime. O. Profecto magna fuit negligentia. P. Imo maxima: ſed quid agas? pueri ſursus. O. Quid ſi Præceptor tuum factum ſciret? P. Fortaſſe pœnas darem. O. Ain tu, fortaſſe? procul dubio vapulares. Non te pudet ſine libris in ſcholam venire? P. Non ſolum pudet, ſed etiam piget: veruntamen ne me accuſes obſecro. O. Nihil minus cogito: ſed non poſſum diſſimulare, quin ego te reprehendam. P. Iſtud (credo equidem) amice facis: itaque boni conſulo. O. Id ſatis eſt mihi. Eamus intro in auditorium. P. Tempus eſt: jam decuriones exigunt ſcripturæ rationem.

COLLOQ. XV.

Argumentum: *Oblata occaſione quidam profectus ſermonem ad parvuli captum, docendi gratia, accommodat.* Exemplum eſt, quod nulla bene agendi occaſio, præſertim in docendo, ſit prætermittenda.

Pontanus, Renatus.

Quid rides? R. Neſcio. P. Neſcis. Magnum ſignum ſtultitiæ. R. Me igitur ſtultum vocas? P. Minime vero: ſed dico tibi, argumentum eſſe ſtultitiæ, quum quis ridet, & ridendi cauſam neſcit. R. Quid eſt ſtultitia? P. Si diligenter evolvas Catonem tuum, iſtud quod quæris, invenies. R. Nunc non habeo meum Catonem, & volo aliam rem agere. P. Quod habes negotium? R. Habeo ediſcere aliquid de Rudimentis. P. Et interim quæris fabulari, ineptule. R. Dic mihi, (quæſo) de ſtultitia in Catone. P. *Stultitiam ſimulare loco, prudentia ſumma eſt.* Annon hæc didiciſti? R. Imo, ſed non recordabar. P. Quum domi eris, inſpice librum tuum. R. O quantas gratias ago tibi! ego proponam alicui iſtam quæſtionem, qui non poterit mihi reſpondere: & ſic erit victus. P. Tace, puer, tace,

ace, & ſtude, ne vapules. R. Non multum curo: ego ere teneo prælectionem. P. Niſi taces, dicam obſerva- ori, qui te ſtatim notabit. R. Mane, mane, nihil di- am amplius. P. Sed memento id quod dixi tibi. R. Quid eſt? P. Ne rideas unquam ſine cauſa. R. Sed ri- ere non eſt malum. P. Non dico iſtud. R. Quid igi- ur? P. Stultum eſt ſine cauſa ridere. R. Nunc intelligo. . Recordare ſæpe.

COLLOQ. XVI.

gumentum: *Quidam occuparus in merenda monetur, inſta- re prælectionis tempus:* Sic Pueros ſtudioſos mutua decet admonitio.

Renatus, Simon.

Audiſtine horologium? S. Dudum ſonuit. R. Dinu- raſti horas? S. Dinumeravi. R. Quota eſt? S. Fere nidia quarta. R. Inſtat igitur prælectionis tempus: ut paratus ſis. S. Ubi merendam peredero, ee ce me atum. R. Cur meridie non adfuiſti nobiſcum? S. dieram cum bona venia Præceptoris. R. Sed inte- ſum tibi impedimento? S. Nihil impedis: ne bo- quidem perdidi interpellatione tua. R. Bene habet: ge, ſed matura.

COLLOQ. XVII.

mentum: Puer languens parentum deſiderio retinetur à æceptore, & à condiſcipulis, ne domum abiens perdat ipus, admonetur.

Simon, Titus.

iid tecum cogitas Tite? T. Libenter irem do- S. Quid eo? T. Ut me his diebus parumper re- :m cum matre. S. Quid obſtat, quo minus eas? T. ptor non vult permittere. S. Melius tibi conſulit ipſe putas. T. Quomodo? S. Nam interea perderes m temporis: & quum rediiſſe, tibi doler:t. Non- am dico? T. Profecto ſic eſt. S. Mane igitur, ſi ſapis.

Digitized by Google

T. Parebo tuo consilio: quia mihi rectum videtur. S. Nollem sciens malum tibi consilium dare. Atque utinam, quod suadeo, succedat tibi prospere. T. Spero ita fore, Deo volente.

COLLOQ. XVIII.

Argumentum: ***Scripturus quidam detrectas prælectionem repetere.*** **Ludo temporis quid detrahendum, idque studiis impendendum. Exemplum pueri lusibus dediti.**

Titus, Vincentius.

Vincenti. V. Quid vis? T. Repetamus una prælectionem. V. Non est mihi otium. T. Quid habes negotii? V. Volo scribere. T. Quid scribere paras? V. Dictata Præceptoris. T. Cur heri non scripsisti? V. Quo tempore scripsissem? T. Cum luderetur. V. At ego nolebam amittere ludendi occasionem. T. Ah piger, nihil aliud quam lusiones meditaris. Nonne diebus Mercurii & Sabbathi ternæ sunt horæ liberæ? V. Liberæ quidem sunt, sed ad lusum destinatæ, deputatæ, attributæ, assignatæ. T. Imo partim lusibus aut alicui honestæ remissioni, partim studio literario sunt dicatæ. V. Fateor duntaxat iis, qui volunt immori studiis. T. Non poteras heri sesqui horam detrahere ludo tuo: aut saltem horam unicam? V. Tu stude quantum voles: ego vero ludam quamdiu licebit. T. Per me quidem licebit, sed interim parum promovebis in literis. V. Nonne Præceptori satisfacio? T. Utcunque. V. Tu igitur, studiose, vis esse Præceptore ipso severior? Omitte me tandem, age tuum negotium, ego meum. T. Age, age, ut libet.

COLLOQ. XIX.

Argumentum: ***Vincentius arguit Alardum negligentiæ. Alardus fatetur culpam: promittit diligentiam in posterum.*** **Exemplum bonæ indolis in puero.**

Vincentius, Alardus.

Nihilne est quod reddamus hodie Præceptori? A. Nihil, nisi de Grammaticæ Rudimentis. V. Quidnam? A. In-

A. Inſpice librum tuum: invenies, notas, in quinque lectiones, quas Præceptor nobis præſcripſit. V. Quando iſtud fuit? A. Die Veneris hora quarta. V. At ego tunc non interfui. A. Ergo plagas meruiſti. V. Siccine udicas, ſevere judex? occupatus eram domi: nec abiram injuſſu Præceptoris. A. Eſto: ſed tamen debuiſti oſtridie quærere, quid pridie, actum eſſet. V. Meam *ulpam* confiteor: ſed cedo librum tuum, quæſo: ut ideam, quid nobis reddendum ſit. A. Accipe, & eadem ere ſignato, quæ à Præceptore nobis præſcripta ſunt. Faciam diligenter: neque poſthac (ut ſpero) me acuſabis negligentiæ.

COLLOQ. XX.

gumentum: *Excuſatur cujusdam in lignis ſtruendis occupatio, quod ad ſcholam non veniat.*

Albertus, Boetius.

Cur non venit Petrus in ſcholam? B. Eſt occupatus. In quo negotio? B. In ligno ſtruendo. A. Qui ſcis? *Dictum* eſt mihi. A. A quo? B. A patre ejus. A. Ubi i vidiſti? B. Fuit mihi obvius, cum venirem. A. Vide, nentiaris: nam ex illo quæram, ſi forte occurrat mier vicos. B. Reperies ſic ut dico.

COLLOQ. XXI.

mentum: *Vehementer dolet Boetius ſe à ſuorum ſtudiorum io Campano deſeri, adeo ut ne amicis quidem & ſalutaribus monitionibus leniatur dolor.* Locorum intervallum non per dirimit amicitias.

Boetius, Campanus.

gone abis in patriam? C. Cogor abire, nempe ac-*is à patre.* B. Nunquamne es reverſurus? C. Non B. Quando profecturus es? C. Craſtino die, ut opi-. Siccine igitur me relinquis? C. Ita neceſſe eſt. ne miſerum! Ubi & quando amicum talem re- ? talem ſtudiorum meorum ſocium? C. Ne ; eſto animo bono: meliorem dabit tibi Deus.

B. Ille quidem poteſt, ſcio: at ego vix ſperare poſſum. C. Noli obſecro, te affligere tantopere. Nec enim hac ſeparatione corporum interitura eſt amicitia noſtra: quin potius accreſcet magis, & abſentes corpore præſentes animis erimus. Quid epiſtolæ, quas ultro citroque dabimus, quantam vim ſperas habituras eſſe? Quid quod mutuo illo deſiderio amor ipſe noſter fiet jucundior. B. Veriſimilia ſunt, quæ dicis, omnia: ſed interim non lenitur dolor meus. C. Ah! reprime lacrymas. B. Non queo præ dolore. C. Siccine agis? An putas me minori dolore tangi? ſed quid agas? divinæ voluntati parendum eſt. Nunc ipſe te collige, obſecro, ac potius ad hilariter cœnandum te para. Pluribus à cœna colloquemur. B. O quam triſte divortium!

COLLOQ. XXII.

Argumentum: *Doctrina pueris maxime neceſſaria. De fugienda videlicet pravorum conſuetudine, & maxime impoſtorum.* Exemplum amici fidi in dando conſilio.

Campanus, Dominicus.

Non meminiſti Præceptorem tam ſæpe monere nos de fugiendis ſodalibus pravis? D. Ego vero probe memini. C. Tamen alicubi ſatis negligenter uteris ejus monitis. D. In quo videor tibi ea negligere? C. Dicam tibi, ſi modo attente audias. D. Dic obſecro: audiam attentiſſime. C. Nunquam vis cavere ab illo impoſtore? D. Cur caveam? C. Ne illius contagione depraveris. Noſti enim eum eſſe peſſimum. D. Atqui non ſponte ſequor: ad me accurrit undique. C. Nimirum quia novit te habere quod des, & dare libenter ac ſæpe. D. Quid igitur mihi faciendum ſuades? C. Dic ſemel, & ſerio, & quaſi animo irato: Quid vis amice? cur me ubique ſequeris? omnes clamitant te eſſe peſſimum, & ideo ſodales tui eſſe nolunt. Proinde omit-

omitte me posthac quæso: ne, tua causa, virgis palam cædar. D. Quid si velit aliquid contra respondere? C. Abrumpe illi sermonem, teque recipe celeriter. D. Ago tibi gratias, quod me tam fideliter monueris.

COLLOQ. XXIII.

Argumentum: *Quidam, quod abfuerit, quærit ex condiscipulo, quid actum sit in auditorio.*

Dominicus, Ennius.

Quid actum est in auditorio hora tertia? E. Tractare sunt orationis partes ex prælectione. D. Nihilne amplius? E. Dixissem, nisi me interpellasses. D. Erravi: erge. E. Postea dictavit Præceptor argumentum vernaculum, hodie vertendum. D. Quando reddendum? Cras meridie. D. Jamne vertisti? E. Utcunque. D. icta mihi, quæso, vernaculum. E. Excipe, festina; m habeo scribere aliquid.

COLLOQ. XXIV.

gumentum: *Puer cœnatus prælectionem repetit.* A cœna non statim studendum. Prælectiones sæpius legendo facile ediscuntur.

Ennius, Ferdinandus.

Quo properas? F. Eo cœnatum: quid tu? E. Jam navi. F. Quota hora? E. Quinta, ut fere solemus. Quid nunc ages? E. Repetam aliquid eorum, quæ lere habemus crastino die. F. Ego didici ex prædo meo, non esse tam cito à cibo studendum. E. l ego quoque didici, sed nolo nunc ediscere. F. l ergo facies? E. Ego quasi animi causa, prælem particulatim aliquoties legam & relegam. F. tum? E. Ita paulatim fiet, ut sine cura, sine tædio, olestia bonam partem prælectionis ediscam. F. on satis intelligo, & certe videris mihi supra ætapere. E. Non est res adeo difficilis, quin te docssem, nisi ad cœnam properares. F. De cœna

in tempore admones: ego igitur ejus cauſa me domum recipio. Vale. E. Ducat te Deus, & reducat.

COLLOQ. XXV.

Argumentum: *Ferdinandus conferre quærit de concione ſacra: Gualtherus recuſat atque offenditur.* Exemplum in morum diſſimilitudine.

Ferdinandus, Gualtherus.

Hodie te non vidi in concione: quid illud ſibi vult? G. Quid ſibi velit neſcio: ego tamen interfui. F. Narra mihi, quæ mandaſti memoriæ. G. Non eſt tuum à me rationem exigere. F. Ego quidem non exigo: verum id rogo, ut memoriæ cauſa conferamus una. G. Malim nunc ſolus recordari. Audies me (ſi voles) quum Præceptor ante prandium nos interrogabit. F. Quid mali eſſet, ſi nunc inter nos ea de re conferremus? G. Nihil mali eſſet, fateor: ſed non mihi libet. F. Tua igitur te libido regit. G. Omitte me: cur moleſtus es? F. Omitto ſane, ſed audi unum verbum. Non decet puerum eſſe tam moroſum. G. Nec puerum decet eſſe tam moleſtum.

COLLOQ. XXVI.

Argumentum: *Gualtherus Hugonem ad repetendam prælectionem invitat.* Exemplum diligentiæ in ſtudio puerili.

Gualtherus, Hugo.

Feciſtine officium tuum? H. Qua in re? G. In repetenda prælectione. H. Nihil adhuc repetivi. G. Quid cauſæ fuit? H. Exſpectabam dum rediret compar meus. G. Quo ille ivit? H. Domum. G. Quid eo? H. Petitum merendam. G. Quid ſi redibit ſerius? H. Neſcio: fieri poteſt. G. Vis interea mecum repetere. H. Equidem non recuſo. G. Secedamus igitur, ne quis moleſtus ſit nobis. H. Profecto bene mones: nemo ſtudere poteſt in tanto ambulatorum ſtrepitu & clamore. G. Aſpice illic locum remotiſſimum, ubi nulli ſunt ambulantes. H. Eamus illuc.

COL-

Digitized by Google

COLLOQ. XXVII.

Argumentum: *Præmii parvitas contemnitur à ſordido.* Præmium non lucri, ſed honoris cauſa datur.

Hugo, Jacobus.

Qui ſunt victores hac hebdomade? J. Ubi eras, quum rationes redderentur? H. Accerſitus à patre fueram: ſed qui ſunt victores? dic ſodes. J. Ego & Puteanus. H. Jamne habuiſtis præmium? J. Habuimus. H. Quodnam? J. Duodenas juglandes. H. Hui? quale præmium! J. Eho inepte, æſtimas ergo præmium ex rei pretio? H. Hîc nihil aliud video æſtimandum. J. Sordidus es: qui lucro ſic inhias. Non meminiſti verborum Præceptoris? H. Quorum? J. Non lucri, ſed honoris cauſa datur præmium. H. Nunc reminiſcor, quaſi per nebulam; poſthac ero diligentior. J. Sic tandem ſapies.

COLLOQ. XXVIII.

Argumentum: *Omnis victoria, niſi ad Dei gloriam referatur, mera eſt vanitas: Victoria modeſti adoleſcentes rectè utuntur: ſtulti contra faciunt. Curioſitas. A pueris tria potiſſimum curanda. Sine Deo nihil ſit boni. Spiritus divinus in nobis operatur. Omne bonum à Deo eſſe, confitendum eſt. Deus auctor fidei, idem & perſeverantiæ. Spes bona. Adoleſcentium ingenuorum Conſenſio in bonum.*

Jacobus, Ligarius.

Valde miror, cur hodie mane non adfueris. L. Quid miraris tantopere? Nihil hic eſt novi: multi abſunt quotidie, imo fere horis ſingulis. J. Atqui victoria tibi erat in manibus. L. Quid ego curo? ejusmodi victoria (ut bene dicebat quidam) nihil aliud eſt quam brevis gloria. J. Sed interim modeſti adoleſcentes hinc ad ſtudia magis incenduntur, nec tamen inani gloria tumeſcunt: ſed ad honorem Dei referunt, quicquid inde laudis acceſſerit. L. Iſtud certe raro contingit. Plures enim ſunt, qui victoriis abutantur ad privatam gloriam, quam qui divini honoris rationem habeant. J. Veriſimile dicis. L. Imo veriſſimum. J. Sed velim mihi

dicas, cur abfueris. L. Scripſi ad patrem literas. J. Cujus nomine? L. Matris. J. Dictavitne tibi ipſa? L. Quid ſcripſiſſem, niſi dictaſſet? J. Quid continebant literæ? L. Longum eſſet tibi narrare. J. Saltem dic earum argumentum. L. Varium erat & multiplex, & quid tua, (quæſo) ſcire refert? J. Mihil. L. Cur ergo tam avide quæris? J. Animi cauſa, ut fere curioſi ſumus novi aliquid audiendi. L. Nihil aliud quam garris: omitte me. J. Auſculta paucis. L. Age auſculto, loquere quid velis. J. Scire cupio, ubi ſit pater tuus. L. Quaſi vero neſcias. J. Unde ſcirem? L. Quum tibi ſit notiſſimus, & quum ſimus vicini, non putaſſem te ignorare. J. Dic tandem, quæſo. L. Eſt Lugduni. J. Quando eſt profectus? L. Ab hinc dies quatuor. J. Quid illic agit? L. Negotiatur. J. Quando rediturus eſt? L. Finito mercatu. J. Ad quod tempus finietur? L. Roga mercatores, non eſt meum curare talia. J. Quid igitur curas? L. Ut Deum timeam, parentibus obediam, bonas artes cum pietate diſcam. J. Næ tu magnifice loqueris: ſed dic mihi ſerio, potesne res tantas efficere? L. Egone iſtud mihi aſſumo? quin potius fateor, ne incipere quidem penes me eſſe. J. Quid ergo de te fiet? L. Deus ipſe Spiritu ſuo in me operabitur. J. Optime ſentis: nihil ex te præterea requirebam. L. Eſt Deo gratia, cui acceptum refero, quicquid ineſt in me boni. J. Iſtud recte, & laudo equidem: ne tibi videar nihil aliud quam garrire. L. Quum illud dicerem, jocabar ſane. J. Ego ſic accepi, ſed tu (ut cœpiſti) perge diſcere, & ſapere. L. Qui mihi dedit fidem, idem (ut ſpero) perſeverantiam dabit. J. Bene ſperas: & ego idem ſpero tecum. Itaque pergamus vivere inter nos conjunctiſſime, ut adhuc fecimus. L. Per me quidem non ſtabit, niſi ope divina prorſus ero deſtitutus. J. Avertat ipſe Deus! ſed audin' tu horologium? ut in ipſo tempore ſermonem finivimus.

COL-

COLLOQ. XXIX.

Argumentum: *Latinus sermo colloquiis exercetur. Colloquiorum materia. Otiosus sermo quis sit. Docilitas.*

Ligarius, Macarius.

Undè redis? M. Foris. L. Cur exieras? M. Redditum urinam. L. Qualis est cœli facies? M. Nebulosa. L. An regelat? M. Sic resolvitur gelu, ut nives omnino liquescant. L. Etiamne pluit? M. Sensi aliquid superne destillare. L. Fortasse in transitu e stillicidio tecti. M. Imo e nubibus, scio: quod si non credis, vide tu ipse. L. Quasi ego tibi non credam in re tantilla. M. Cur igitur dubitare videbaris. L. Ut pluribus verbis tecum fabularer. M. Quorsum id pertinet? L. Ad latinum sermonem exercendum. M. Sed interim sæpe otiosa verba dicimus, à quibus omnino abstinendum Christus præcipit. L. Tota erras via in præcepti intellectu. M. Cur istud dicis? L. Quia non est otiosus sermo, qui ad aliquam institutionem refertur, præsertim ubi agitur de bonis & honestis rebus, qualia sunt Dei opera in rebus naturalibus. M. Videris mihi recte sentire: proinde facile tibi assentior. L. Sed hæc hactenus, instat nobis aliud negotium. M. Age, desinamus.

COLLOQ. XXX.

Argumentum: *Macarius & Nicomachus jocantes se exercent in usu & syntaxi hujus nominis: Domus; & obiter alia simul tractant.* Sine Dei voluntate nihil fit.

Macarius, Nicomachus.

Quod est tibi domicilium? N. Paterna domus. M. Unde nunc venis? N. Domo. M. Ubi cœnabis? N. Domi vestræ, ut spero. M. Quî scis? N. Pater ipse tuus hodie me invitavit. M. Ubi illum vidisti? N. Domi Varronis. M. Quod illic erat tibi negotium? N. Pater me miserat nunciatum aliquid. M. Scire etiam velim, ubi sis cubiturus? N. Domi fratris. M. Quid

Digitized by Google

habes negotii cum fratre tuo? N. Dixit ſorori noſtræ ſe velle convenire me otioſe. M. In qua domo habitat? N. In quadam conductitia. M. Eho, nullamne habet propriam domum? N. Habet quidem, ſed eam locat quibusdam inquilinis. M. Locat igitur domum propriam, conducit alienam? N. Scilicet ut ex me audis. M. Quanti locat? N. Octodecim aureis Italicis, quos nunc *Piſtoletos* vocant. M. Cur illam non potius habitat? N. Quia ſita non eſt in loco ſatis commodo, ſive (ut ita loquar) mercatorio. M. Sed illam alienam quanti conducit? N. Longe pluris. M. Quanti igitur? N. Quinque & viginti. M. Cara eſt habitatio. N. Cariſſima: ſed quid agas? Loci commoditas id facit. M. Age (ut aliquando tandem finiamus, dic precor) ſciſne ubi cras futurus ſis? N. Domum revertar, ut inde in ſcholam me conferam: ſi quidem permiſerit Dominus. M. Cur addis; Si Dominus permiſerit? N. Quia niſi permiſſu Dei, ne domo quidem exire poſſemus. M. Iſtud audivi ſæpe ex Præceptore. N. Cur ergo rogabas? M. Quia nunquam nimis dicitur, quod bene dictum fuerit, præſertim ubi de rebus divinis agitur. N. Iſtud quoque ex Præceptore didicimus. M. Verum: ſed utile eſt talia ſæpe repetere ae memoriam exercendam. N. Vide, quo nos ſenſim adduxerit tua prima interrogatio! M. Tantum volebam paucis verbis tecum jocari. N. Age quoniam nunc ſatis animum exercuimus, non vis etiam corpus exercere valetudinis cauſa? M. Quidni velim? N. Eamus igitur luſum pila palmaria: nam eo luſu ſcio te delectari. M. Delector ſane: ſed nunc pilam non habeo. N. Ecce tibi: ſequere me. M. Ego te ſequor libens: tu me bene ducito.

COLLOQ. XXXI.

Argumentum: *Ennes in ſcholam latine colloquuntur.* **Simile gaudet ſimili. Improborum mores probis odioſi.**

Nico-

Digitized by Google

Nicomachus, Othomannus.

Salve Othomanne. O. Tu quoque ſalvus ſis, Nicomache. Quota eſt hora? N. Mox audies ſonum ſemihoræ poſt quintam. O. Bene habet: mature ſatis aderimus. N. Gaudeo, me tibi occurriſſe, ut euntes latine tantiſper colloquamur. O. Ea ſane eſt utilis & jucunda exercitatio. N. Quoties incido in aliquem ex iſtis diſſolutis nebulonibus, mallem rhedarium offendiſſe. Non enim per eos mihi licet aliquid in via meditari, adeo mihi ſunt eorum mores odioſi. O. Nihil mirum; nam fere ſunt ejusmodi, ut neque loqui velint quidpiam boni, neque audire ſuſtineant. N. Quid cum illis agas, quibus nihil eſt curæ, niſi ut ſuas libidines expleant? O. Nihil aliud crepant niſi ſuas cupedias, & meras compotationes in ſecretis cauponulis. N. Etiam nos irrident plenis buccis, quod latine per vicos loquamur. Illud vero eſt omnium peſſimum, quod nuſquam ſe patiantur admoneri. O. Quia ſcilicet (ut ait Propheta) non eſt timor Dei ante oculos eorum. N. Si quid occeperis amice commonere, ſtatim audies. Tace concionator, obtundis me. Quod ſi dixeris, deferam te ad Præceptorem, aut ad obſervatorem: Oh, ego bene curo, inquiunt: tu non auderes. Nam ſi me accuſares, non ferres impune. O. Imo vero te continuo verberabunt, ſi locus erit ſemotus ab arbitris. N. Profecto, quum quidam eorum me nuper offendiſſet in quodam receſſu, impegit mihi in utramque malam duos ingentes colaphos: & aufugit continuo. O. Quid tu, quæſo, interea? N. Quid iſtud quæris? tam illud ſubitum fuit, ut vix hominem aſpicere potuerim. O. Sed qui tam cito & ſenſim ad ſcholam pervenimus? N. Sic fere confabulantibus uſu venire ſolet. O. Age, ingrediamur ſine murmure & ſtrepitu, ne ſtudentes offendamus.

COL-

COLLOQ. XXXII.

Argumentum: ***Res ad bonam ſcripturam neceſſaria. Probus puer bene merendi occaſionem non modo exſpectat, ſed etiam quærit. Caritas Chriſtiana. Spiritus auctor ejus.*** **Exemplum diligenter notandum.**

Othomannus, Philippus.

Serione ſcribis, an tu ineptis? P. Equidem ſcribo ſerio, cur enim tempore abuterer? Tu vero cur iſtud rogas? O. Quia vidi aliquando quum bene ſcriberes. P. Scribo interdum melius. O. Qui fit igitur, quod nunc tam ſcribas male? P. Deſunt mihi bene ſcribendi adjumenta. O. Quæ tandem? P. Bona charta, bonum atramentum, bona penna. Nam hæc mea charta (ut vides) miſere perfluit: atramentum eſt aquoſum & ſubalbidum, penna mollis & male parata. O. Cur iſta omnia mature non providiſti? P. Pecunia mihi deerat, & nunc etiam deeſt. O. Incidiſti in illud vulgare proverbium: ***Cui deeſt pecunia, huic deſunt omnia.*** P. Sic agitur mecum. O. Sed quando te ſperas accepturum? P. In mercatu proximo pater miſſurus eſt, aut ipſemet venturus. O. Ego te interea juvare volo. P. Si quidem id potes, magno beneficio me affeceris. O. Accipe hos ſex aſſes mutuo ad chartam & cætera comparanda. P. Quam vere dictum eſt illud, ***Amicus certus in re incerta cernitur!*** Sed quid te impellit, ut mihi ultro benigne facias? O. Caritas illa Dei, quæ (ut Paulus ait) effuſa eſt in cordibus noſtris. P. Mira eſt vis divini Spiritus, qui ejus auctor eſt caritatis. Sed mihi interim cogitandum, quomodo tibi referam gratiam. O. Parva res eſt! omitte iſtam cogitationem, ne te impediat, quo minus in utramvis aurem dormias: tantum redde mutuum, quum tibi commodum fuerit. P. Reddam (ut ſpero) propediem. O. Eamus ad precationem, ne notemur. P. Adde unum, ſi placet. O. Quid eſt? P. Ne hodie incœnati mittamur cubitum. O. Ha, ha, he.

COL-

COLLOQ. XXXIII.

Argumentum: *De emtione ſcalpelli librarii, & ejus exploratione.* Solus Deus bona docet.

Philibertus, Quintus.

Unde redis tam anhelus? Q. A foro. P. Quid illinc affers? Q. Scalpellum. P. Quanti emiſti? Q. Duobus aſſibus. P. Eſtne bonum? Q. Eſt e Germania; ut dixit mercator: vide notam. P. Ego minime novi: ſed tu non ſatis prudenter facis, qui fidas cuilibet mercatori. Q. Quid facerem? P. Debuiſti aliquem peritum adhibere, qui tibi optimum deligeret. Q. Hic erravi, fateor: ſed hoc me conſolatur, quod mercator habetur vir bonus, utpote profeſſionis Evangelicæ. P. Quaſi nulli ſint fallaces ejusmodi. Q. Puto eſſe plurimos. Sed hæc omittamus, quin potius experiamur ipſum ſcalpellum. P. Experientia docebit nos. Q. Accipe & tenta, obſecro. Non enim tentavi niſi leviſſime idque inter emendum. P. Papæ, quis te docuit tam prudenter eligere? Q. Rogas? non meminiſti Præceptorem nobis dicere tam ſæpe, *Deum eſſe ſolum, qui bona doceat?* P. Profecto hic optime te docuit. Q. Ago illi ex animo gratias: & precor, ut me ſemper doceat parere ſuæ voluntati. P. Ego quoque idem precor, nec ſolum nobis, ſed etiam piis omnibus. Q. Facis ut pium decet puerum. Sed eſtne tempus, ut conferamus nos in auditorium? P. Sic eſt, ſume libros, & eamus una.

COLLOQ. XXXIV.

Argumentum: *Conſilii mutatio propter ſpem lucri. Conſilium bonum etiam inimicis dandum.* Chriſtus magiſter optimus. Doctrina Chriſti ſtudioſe ſequenda. Spiritus divini inſtinctus.

Quintus, Robertus.

Emiſtine ſcalpellum, ut nuper volebas? R. Non emi.

emi. Q. Quid obſtitit? dixeras enim mihi emturum te hodie. R. Dixeram quidem: ſed mihi poſtea in mentem venit, præſtare, ut exſpectem mercatum proxime futurum in hac ipſa urbe. Q. Quid facies lucri? R. Et minoris emam, & melioris notæ, nempe ex Germaniæ officinis. Q. Quis tibi iſtud conſilium dedit? R. Hieronymus noſter. Q. Bene fecit: Debemus enim amicis bonum conſilium ſemper dare. R. Tantumne igitur amicis? Q. Imo & inimicis, fateor: quia ſic jubet Chriſtus, Præceptor noſter optimus. R. Utinam doctrinam ejus bene infixam memoriæ conſervemus, eamque perpetuo ſequamur! Q. Faxit ille Spiritus bonus, cujus unius inſtinctu animi noſtri ad bene agendum accenduntur. R. Bene precaris.

COLLOQ. XXXV.

Argumentum: *Scalpellum commodato petitur, datur, ſed addita conditione.* Commodatarius non debet abuti commodato.

Robertus, Sulpitius.

Habesne ſcalpellum? S. Habeo. R. Oro te, commoda mihi parumper. S. Quando reddes? R. Quum primum duas pennas exacuero. S. Accipe, ſed ea lege, ut integrum reddas. R. Ea conditione acceptum intelligo: etiamſi non addidiſſes. S. Intelligenti (ut vulgo dicitur) pauca ſufficiunt.

COLLOQ. XXXVI.

Argumentum: *Cultellus datur commodato, ſed ægre.*

Sulpitius, Theodorus.

Commoda mihi parumpercultellum tuum. T. Semper aliquid commodato petis: accipe, quin tu emis potius

Digitized by Google

potius. S. Non habeo pecuniam. T. Cur non petis? S. Unde peterem? T. A patre. S. Non est in hac urbe. T. Ubi igitur? S. Peregre profectus est. T. Quo? S. Bernam. T. Quo die? S. Nudius tertius. T. Quando est reversurus? S. Cras, ut speramus: sic enim dixit proficiscens. T. Bene vertat Deus.

Potest etiam huc referri vigesimum nonum libri tertii colloquium.

COLLOQ. XXXVII.

Argumentum: *Theodorus & Villerius de scalpello recens empto colloquuntur.* Res inventa restituenda est domino, si cognosci potest. Inventori dandum aliquod præmium. Deus precandus & laudandus.

Theodorus, Villerius.

Quid ais de scalpello, quod emeram tibi nudius tertius: est ne satis bonum? V. Imo vero est optimum, sed (me miserum!) parum abfuit, quin perdiderim. T. Eho, quid ais? quomodo id accidit? V. Quum redirem foris, exciderat mihi in vico. T. Unde exciderat? V. Ethecа mea, quam imprudenter apertam reliqueram. T. Quomodo recuperasti? V. Affixeram statim cartulam valvis januæ, post prandium quidam puer sextæ classis mihi retulit. T. Utinam omnes tam fideles essent, qui res amissas reperiunt. V. Profecto pauci sunt, qui restituant, si modo sit res alicujus pretii. T. Et tamen id verbo Dei nominatim præcipitur. V. Quidni? est enim furti species, si quis rem alienam inventam retineat, modo sciat, cui reddenda sit. T. At plerique putant se jure possidere, quicquid amissum invenerint. V. Errant illi quidem gravissime. T. Verum (ut redeamus ad inceptum sermonem) quid dedisti puero, qui scalpellum tuum invenerat? V. Dedi cruciatum & nu-

& nuces aliquot juglandes: laudavi præterea, & paucis admonui, idem ſemper eſſe faciendum. T. Recte feciſti: ſic enim libentius reddet alias, ſi quid repererit. Sed quid ſi perdidiſſes. V. Æquo animo tuliſſem: mihi emiſſem aliud. T. Itane æquo tuliſſes animo. V. Certe non ſine aliqua moleſtia. T. Non igitur æquo animo: ſed nolo te arctius urgere. V. Non ſumus Theologi. T. Quid ergo? V. Grammaticuli. T. Et quidem imperiti. V. Tanto diligentius Deum precari debemus, ut per Evangelium ſuum nos liberet ab ignorantiæ tenebris, in quibus & verſati ſumus, & adhuc verſamur. T. Id vero faciemus, ſi ſanctis admonitionibus pareamus, quas audimus quotidie à Præceptore, & ſæpe à Concionatoribus, divini verbi adminiſtris. V. Vide, quantum nobis profuerit ſcalpelli mei amiſſio. T. Ob eam rem tibi dupliciter gratulor, primum quod tibi recte emerim: deinde quod amiſſum recuperaveris. V. Habeo tibi gratiam, mi Theodore. T. Quin patri noſtro cœleſti ſit laus, & gratiarum actio. V. Amen.

COLLOQ. XXXVIII.

Argumentum: *Pennæ venales. Diverſa vivendi ratio pro locorum diverſitate. Hic obſerva communem emtorum morem, qui tot verbis tentant de pretio indicato aliquid detrahere.*

Villerius, Arnoldus.

Pennæ iſtæ, quas circumfers, ſuntne venales? A. Etiam, ſi ſe emtor obtulerit. V. Oſtende; vah! quam ſunt molles. A. Tales deciderunt ex alis noſtrorum anſerum, ſed tenta diligenter, ſunt enim aliæ aliis firmiores. V. Satis video quales ſint, quot vis dare pro albo. A. Tantum ſex. V. Quid ais? ſex; mallem emere à mercatoribus, qui Lutetia & Lugduno huc adferunt. A. Quaſi neſciam quanti vendantur. Audivi ex fratre, qui dat operam ſcribæ hujus civitatis, ſe emiſſe Lutetiæ quatuor

Digitized by Google

quatuor obolo. V. Aliter Lutetiæ, aliter Genevæ vivitur: sed non opus est tot verbis; vis dare duodecim? A. Hui! duodecim? quasi ego furatus sim. V. Istud non dico: sed vide, num tibi placeat conditio. A. Vis uno verbo dicam? V. Dic quæso: satis jam garritum est. A. Dabo tibi novem, modo promiscue de mea manu accipias. V. Nugas agis, ego sine delectu nollem accipere quindecim. Vale, alibi inveniam satis. A. Per me licet: heus, heus, redi. V. Cur me revocas? A. Accipe, si vis, octo, nec à me plures exspecta. V. Cedo totum fasciculum, ut deligam arbitratu meo. A. Tene, delige, ut voles. V. Vide nunc, & si libet, numera. A. Sunt viginti quatuor: constat numerus. Sed miror, te nullas accepisse ex ala extrema: sunt enim firmiores. V. Scio: sed habent caulem breviorem. Accipe pretium. A. Benevertat Deus utrique nostrum. V. Idem tecum opto, atque precor. Sed quando afferes meliores pennas? A. Nescio num meliores possim, sed, (ut spero) brevi plures afferam, quum ad nos domum proficiscor. V. Suntne vobis multi anseres? A. Triginta & amplius. V. Papæ! quantus grex anserum! ubi pascuntur? A. Scies alias, non licet mihi diutius hic morari. Vale, Villeri. V. Cura, ut valeas, Arnolde.

COLLOQ. XXXIX.

Argumentum: *Arnoldus à Bernardo pennam commodato petitam accipit.*

Arnoldus, Bernardus.

Visne mihi dare unicam pennam? B. Non sic dantur mihi. A. Hem! rem tantillam mihi negas? quid si magnum quid rogarem? B. Fortasse repulsam ferres. A. Credo equidem: age non peto dono; saltem commodabis. B. Non reculo: modo ne abutare. A. Non abutar. B. Cave hinc pedem moveas. A. Nusquam moveo.

COLLOQ. XL.

Argumentum: *De penna apranda.*

Bernardus, Capellus.

Acuiſtine pennam meam? C. Jam dudum. B. Qua forma ſcripturæ? C. Mediocri. B. Maluiſſem ad minutas literas. C. Debuiſti prædicere. B. Oblitus eram. C. Parum refert, mucronem facile mutabo: I petitum. B. Sed ubi reliquiſti? C. Super menſam hypocauſti. B. In qua parte? C. Ubi ſtudere ſoleo.

COLLOQ. XLI.

Argumentum: *De pennis ad ſcribendum acuendis, Pennarum bonarum notæ.*

Capellus, Dionyſius.

Mihi non videris nimis occupatus. D. Mediocriter. C. Quid ſi mihi exacuas duas aut tres pennas? D. Satis ſit tibi, ſi unam acuero in præſentia. Suntne novæ? C. Novæ quidem, ſed paratæ, usque dum acuantur. Jam enim levigavi, caudam reſcidi, detraxi plumulas. D. Oſtende.: Profecto ſunt optimæ,& ad ſcribendum aptiſſimæ: C. Unde id noſti? D. Quia ſunt caule amplo, firmo & nitido: nam molles, & quæ caulem breviorem habent, parum ſunt ad ſcribendi uſum habiles. C. Gaudeo me utiliter emiſſe. D. Non abs re, ſed quanti? C. Pro his duabus dedi cruciatum. D. Singulas igitur binis emiſti denariolis? C. Res apparet. Eſt vile pretium pro rei bonitate. D. De quo emiſti? C. De quodam circumforaneo. D. Apud hujus oppidi mercatores ſingulæ, & quidem minus bonæ, venduntur cruciato. C. Et tamen audent interdum dicere pluris ſibi conſtare Lugduni. D. Ita fere eſt mercatorum conſuetudo: nihil enim pro-

proficiunt, niſi admodum mentiantur, ut ait Cicero. C. Sed age ne te diutius remorer, agamus quod inſtat. D. Cito expediero: aſpice me diligenter, ut diſcas aliquando. C. Aſpicio intentis oculis: ſed mihi opus eſſet ſpatio paulo longiore. D. Iſtud ergo fiet in cubiculo, ſi quando me vis inviſere. C. Quo tempore? D. Poſt ſcholæ miſſionem: hoc eſt, hora nona matutina, vel quarta pomeridiana. Nunc habes pennas duas, recte (ni fallor,) in uſum tuum accommodatas. Hanc tertiam in aliud tempus tibi integram ſervabis. C. Accipe tibi, ſi placet. D. Quin tibi ſerva; domo adferuntur mihi ſatis multæ. C. Ago tibi quantas poſſum gratias. Vale. D. Incolumen te conſervet Deus. Sed heus! ne parcas unquam labori meo. C. Tu quoque & me & rebus meis viciſſim utere, ſi quid opus fuerit. Iterum vale.

COLLOQ. XLII.

Argumentum: *Euſtathius & Fontanus experiuntur atramenti ſui mixturam.* Mediocritas. Experientia. Ex duobus corruptis aliquid componitur.

Euſtathius, Fontanus.

Habesne bonum atramentum? F. Cur iſtud rogas? E. Ut mihi des aliquantulum. F. Eho, non habes? E. Imo: ſed eo non poſſum ſcribere. F. Quid obſtat? E. Quia nimis ſpiſſum eſt. F. Neſcis diluere? E. Non eſt mihi aqua. F. Dilue vino. E. multo minus. F. Quid ſi aceto dilueres. E. Inde carta perflueret. F. Qui ſcis? E. Ego vero aliud audivi magis mirum. E. Narra mihi, ſodes. F. Quid mihi dabis? E. Bonam aciculam. F. Audi igitur, quod ego didici ex quodam pædagogo meo: Atramentum quod aceto liquefactum eſt, ægre eluitur. E. Fieri poteſt: ſed interim da mihi pa-

Digitized by Google

rum in uſum præſentem. F. Tene atramentarium tuum bene apertum: ego infundam tibi. E. Ecce, infunde, Vah! quam liquidum eſt. F. Fortaſſe quia non eſt gummi ſatis. Sed quam decolor. E. Utere ſi vis, quale eſt: non enim habeo melius. F. Quid igitur faciam? E. Hem, inepte, non potes penna tua bene miſcere. F. Miſcui ſatis: quid poſſem præterea? E. Infunde rurſus in cornu meum. F. Admove propius: eſtne ſatis? E. Comprime penna linteolum. F. Ita compreſſi, ut fere ſit aridum, quid erit tandem? E. Atramentum bonum aut certe mediocre. F. Bona eſt mediocritatis regula, ut ex Præceptore didicimus. Sed nunquid ex duabus malis rebus confici poteſt aliquid boni. E. Ubi miſcuero, & tibi rurſus infudero, videbis experimentum. F. Ardeo iſtud videndi deſiderio. E. Porrige nunc atramentarium tuum. F. Ecce infunde; Ohe jam ſatis eſt: quæ iſthæc eſt profuſio? plus mihi dediſti, quam tibi retinueris. E. Commiſce iterum etiam atque etiam. F. Nunquam poſſet coquus ſua jura & condimenta melius confundere. E. Jam tandem facito periculum. F. Dicta mihi aliquam ſententiam, ut interim diſcam aliquid. E. Experientia (ut vulgo dicitur) eſt rerum magiſtra. Habes? F. Dicto citius. E. Videlicet jam pridem tenebas. F. Quis illud ignoraret, quod eſt adeo vulgare? E. Nunc videamus. F. Res apparebit melius, ubi ſcriptura bene deſiccata fuerit. E. Quid vis exſpectare? jam ſicca eſt plus ſatis. F. Oh, vide quam nigra ſit? E. Dixine vere? F. Aliquando periculum feceras ſcilicet. E. Conſtabit igitur, experientiam eſſe rerum magiſtram. F. Quin etiam hinc experimur, ex rerum commiſtione bonum fieri temperamentum. E. Jam incipis altius philoſophari. Itaque diſcedo. F. O longum ſermonem de nihilo! E. Nihil me pœnitet: alioqui inerti otio torpebamus.

COL-

Digitized by Google

COLLOQ. XLIII.

Argumentum : ***De emtione chartæ. Auctarium in emtione.*** **Suam quisque utilitatem curat.**

Euſtathius, Fontanus.

A quo emiſti iſtam chartam? F. A Farino. E. Eſtne bona? F. Melior quam iſta tua, ut opinor. E. Nihil miror. F. Cur iſtud dicis? E. Quia fortaſſe carior. F. Neſcio. E. Quanti emiſti ſcapum? F. Baco: tu vero quanti? E. Baco & pluris. F. Quanti igitur? E. Quinque albis. F. Non male profecto emiſti. E. Quin etiam mercator dedit mihi auctarium. F. Quodnam, quæſo? E. Schedam chartæ bibulæ. F. O me imprudentem, qui oblitus ſum petere! E. Ego ne petivi quidem, ſed ultro ille dedit: Et hoc (inquit) addo tibi, ut me reviſas. F. Sic ſolent emtores allicere. E. Nec mirum: ſuum quisque commodum quærit. F. Sed quid agimus, hodierni penſi immemores. E. Exiguum eſt, ſatis temporis nobis reſtat.

COLLOQ. XLIV.

Agumentum: ***Quidam ex profectis diſſimulanter recuſat puero chartam in libellum compingere: ſed oblata occaſione, de minutis rebus cum illo fabulatur: ut eum ſic in latina lingua exerceat. Eadem opera, ut puer caritatis exemplum diſcat, compingit ei libellum chartaceum. Poſtremo illum paucis & brevibus præceptis inſtituit.*** Exemplum diſſimulationis in bonum

Fontanus, Gervaſius.

Rogo te Gervaſi, compinge mihi hanc chartam. G. Quid me rogas? non eſt ars mea. F. Et tamen ſæpe compingis aliis. G. Quot habes ſchedas? F. Octo: ſed jam ſunt complicatæ; tantum reſtat, inſuere membranæ. G. Quid dabis, ſi tibi compegero? F. Nihil habeo, quod poſſim dare: nam pecunia nulla mihi eſt. G. Ergo quære tibi alium opificem, non enim gratis faciam. F. Mi Gervaſi, tu es tam bonus. Denegabis mihi

Digitized by Google

rem tantillam; G. Scin' tu, quid habet Proverbium? F. Quod proverbium dicis? G. *Manus manum fricat.* F. Quid hoc tibi vult? G. Da aliquid, ſi quid velis accipere. F. Si quid haberem, certe darem libenter. G. Cedo merendam tuam. F. Merendam? ah me miſerum! quid ederem? Malle m dare pileum, ſi auderem. G. Merenda tua parva res eſt. F. Sed vehementer eſurio. G. Quid cauſæ eſt? F. Quia nihil prandi niſi fruſtrum panis, & tres aut quatuor juglandes. G. Eho, quid cauſæ fuit? F. Quia mater domo aberat. G. Quis ergo tibi dedit merendam? F. Ipſa. G. Atqui dicebas eam abfuiſſe. F. Verum eſt: aberat enim tempore prandii: nec rediit niſi paulo ante merendam. G. Nihilne ediſti domi, antequam in ludum venires? F. Nihil. G. Cur non? F. Quia timebam non adeſſe in tempore. G. Tintinnabuli ſonitus te ſatis admonere debet. F. Sed raro audimus à noſtris ædibus. G. Quid ita? F. Quia longe nimis ab hac ſchola diſtant. G. Suntne vera iſta omnia, quæ mihi narras? F. Vera profecto, Gervaſi. G. Age, da mihi tuam cartam, ego tibi compingam elegantem libellum? tu interim ede merendam tuam. F. Ego petam à matre cruciatum, quem dabo tibi. G. Cave petas, nihil volo: quin potius darem tibi, ſi egeres. F. Ago tibi gratias. G. Nonne putabas me ſerio petere abs te merendam? F. Profecto ſic putabam. G. Atqui dicebam joco. F. Quamobrem: G. Ut pauliſper audirem te latine fabulari. Nam quod bene dicas, gaudeo. Quanti emiſti cartam hanc? F. Dedi pro codice duos bacos. G. Non emiſti male, bona eſt: ſed non recte complicaſti. Habes membranam? F. Ecce tibi. G. Bene res habet: ego citius confecero quam tu merendam perederis. F. Habebo tibi maximam gratiam, mi Gervaſi. G. Honeſte loqueris: ſed memento fili, ut ſemper vivas

vivas in timore Domini, diligenter obedias matri, sis frequens in schola, diligens in studio: ne verseris cum pravis ac dissolutis: denique quibus poteris benefacito, quomodo vides me feciſſe tibi: intellexiſtin'? F. Optime. G. Fac igitur ut sæpe recorderis. F. Faciam, Deo Volente. G. Ede nunc otioſe.

COLLOQ. XLV.

Argumentum: *Duo pueri de uſu cartarum pueriliter diſputant.*

Gervaſius, Herminius.

Unde venis? H. Foris. G. Quid prodieras? H. Ut emerem cartam. G. Emiſtine? H. Emi. G. Quantum emiſti? H. Scapum. G. Quanti. H. Quinque albis. G. Cujus formæ? H. Minoris. G. Oſtende. H. Vide num bona ſit. G. Bona eſt, profecto: in quem uſum emiſti? H. Inepte quæris: quis eſt cartarum uſus niſi ad ſcribendum? G. Imo alius. H. Quis, cedo? G. Ad merces involvendas. H. Intelligebam de carta ſcholaſtica, non de emporetica, non enim ſum mercator. G. Utimur etiam carta ad ſiccandam recentem ſcripturam. H. Satis ſcio, ſed carta illa eſt bibula. G. Et tamen carta eſt. H. Eſto. G. Ergo multiplex eſt cartæ uſus, etiam in ſchola. H. Cogor fateri. G. Etiam dicam tibi alium uſum, & quidem in ſchola frequentiſſimum. H. Quem? G. Non auſim dicere ſine præfatione honoris. H. Quid opus eſt inter nos honorem præfari? non enim verba fœtent. G. Dicam igitur, quando ita vis. H. Dic libere. G. Ad tergendas nates in latrina. H. Illuc non feruntur cartæ puræ, ſed jam ſcriptæ, æque inutiles. G. Quid tum? cartæ ſunt tamen. H. At ego de carta pura & nova loquebar. G. Sed interim victus es.

H. Sic ita ſane: non me pœnitet diſputatiunculæ hujus noſtræ. Sed jam à luſu diſceditur. G. Et nos ergo loco cedamus.

COLLOQ. XLVI.

Argumentum: *Charta mutuo data repoſcitur. Prudentis eſt prius referre in codicem expenſi, quam aliquid credere ſive dare mutuo.*

Herminius, Julius.

Meminiſtin' me tibi nuper dediſſe chartam mutuo? J. Quidni meminerim? non adeo ſum oblivioſus. H. Quot erant ſchedæ? J. Quatuor. H. Cur non reddidiſti? J. Exſpectavi dum haberem codicem. H. Habuiſtine tandem? J. Tantum hodie. H. Unde nactus es? J. Petivi à Præceptore. H. Ubi? J. In bibliotheca ejus. H. Quid ille, deditne libenter? J. Miſit me ad hypodidaſcalum, qui ſtatim dedit codicem. H. Non ante in ſuum codicem retulit? J. Nihil dare ſolet, quin prius inſcribat. H. Audivi ex patre, id eſſe viri prudentis. J. Præſertim ſi reddenda eſt ratio. H. Sed quibus indiciis dare tibi auſus eſt? J. Oſtendi illi manu mea ſcriptum in libello meo: ſic enim (ut ſcis) facere ſolemus. H. Reddes ergo mihi mutuum. J. A Prandio ſtatim, ne dubites.

COLLOQ. XLVII.

Argumentum: *De ſcriptione colloquuntur.*

Julius, Ludovicus.

Cur non ſcribis? L. Jam ſcripſi meam paginam, tu vero? J. Eo ſcriptum in area. L. Quid ita? J. Quia ſerenum eſt cœlum. L. Feſtina, tempus abit: & mox exigetur ratio.

COLLOQ. XLVIII.

Argumentum: *Ludovicus Michaëli vult dictata deſcribere. Michaël permittere non audet, ne à Præceptore arguatur.*

Nec

Nec fallendum, nec mentiendum eſt. Præſtat puerum timidiorem eſſe, quam audaciorem.

Ludovicus, Michaël.

Quid agis? M. Scribo. L. Quid ſcribis? M. Deſcribo dictata Præceptoris. L. Quænam? M. Heſterna. L. Quid? non aderas? M. Imo aderam: ſed non poteram magiſtrum dictantem aſſequi. L. Quæ res te impediebat? M. Quod ſatis commode non ſederem. L. Veneras ergo ſerius. M. Iſtud eſt. L. Cedo commentarium tuum, egomet tibi ſcribam. M. Quid faciam lucri? L. Ego citius quam tu deſcripſero: poſt ludemus una, ut conceſſit Præceptor. Da (inquam) libellum tuum. M. Libenter id quidem facerem, ſed non audeo. L. Quid times? M. Edictum Præceptoris. L. Quod mihi edictum narras? M. Neſcis eum vetuiſſe, ne quis ſine permiſſu ejus alteri ſcribat? L. Id ego probe memini: ſed unde hoc ſciet? M. Rogas? quum, emendandi cauſa, ſcripturæ rationem exiget, tum captus ero. Novit enim manum meam: præterea neque mentiendum, neque fallendum eſt. L. Verbo Dei utrumque vetatur. M. Quid ergo reſponderem Præceptori, quum ille negaret me iſta ſcripſiſſe? L. Non eo res evadet, ſpero. M. Nolo tua ſpe tantum ſubire periculum. L. Vah! nimium timidus es: nunquam rem facies. M. At tu forſitan audacior. L. Tu igitur ſcribe quantum voles: ego ad ludendum me confero. M. Abi quæſo: jam unam paginam deſcripſiſſem, niſi me interpellaſſes. L. Interim aliquid proficimus, dum latine fabulamur.

COLLOQ. XLIX.

Argumentum: *Evocatur Michaël à fratre per Noæum internuncium.*

Michaël, Noæus.

Heus Noæe. N. Quid vis? M. Accerſeris. N. Quis

me vocat? M. Frater tuus. N. Ubi eſt? M. Præ foribus te exſpectat. N. Certo ſcis eſſe fratrem meum? M. Quidni ſciam? Vidi illum, & ſum aloquutus. N. Viſo ſane quid ſit.

COLLOQ. L.

Argumentum: *In hoc colloquio quæſita eſt colloquendi materia ex ſimulato ludendi prætextu.* Exemplum bonæ indolis puerorum, ubi alter bene monet, alter paret ſine controverſia.

Noæus, Olivarius.

Salve Olivari. O. Tu quoque ſalvus ſis Noæe. N. Ludamus pauliſper. O. Quid ais ineptule? vix ſcholam ingreſſus es, & jam de ludo loqueris. N. Ne iraſcaris, quæſo. O. Non iraſcor. N. Quid ergo ſic exclamas? O. Accuſo tuam ſtultitiam. N. Non licet igitur ludere? O. Imo licet, at quum tempus eſt. N. Vah, tu nimium ſapis. O. Utinam tantum ſaperem ſatis! ſed mitte me quæſo, ut repetam quæ mox reddenda erunt Præceptori. N. Æquum dicis: volo ego quoque tecum repetere, ſi tibi placet. O. Eho, quid hoc eſt? quid ſibi vult iſta tam ſubita mutatio? Nonne tu modo loquebaris de luſu. N. Loquebar quidem, ſed non ſerio. O. Cur ſimulabas? N. Ut paucis tecum fabularer. O. Quid illud prodeſt? N. Etiam rogas? nunquam audiviſti ex Præceptore. O. Nunc mihi non occurrit: quid, inquam, prodeſt confabulari? N. Ad nos in latina lingua exercendos. O. Profecto recte putas: & ego te nunc magis amo. N. Habeo tibi gratiam: age repetamus prælectionem: nam brevi Præceptor aderit.

COL-

COLLOQ. LI.

Argumentum: ***Invitatio ad animum relaxandum.*** **Corporis exercitatio confert valetudini.**

Olivarius, Paulus.

Visne venire mecum. P. Quo properas. O. Ad lacum. P. Quid eo. O. Lotum pedes. P. I, sane, nunc lotione mihi opus non est. O. Sed interim parum fabulabimur. P. Ne fabulari quidem nunc velim. O. Atqui utilis est confabulatio, duntaxat de honestis rebus. P. At mihi utilior est ad valetudinem exercitatio corporis. O. Quid si manfero tecum. P. Prudenter facies: & nos pila palmaria colludemus. O. Bene vertat Deus, maneo. P. Alias lotum una tecum ibo: quam scilicet longius erit temporis spatium. O. Ad ludum igitur nos accingámus. P. Nulla est in me mora.

COLLOQ. LII.

Argumentum: ***Invitatio ad ambulationem.*** **Dei opera invitare debent ad eum imitandum.**

Paulus, Quintinus.

Jam dudum tædet me toties repetere lusus scholasticos. Q. Quid facias igitur? P. Eamus in hortum nostrum. Q. Quid agemus? P. Ambulabimus, colloquemur, Dei beneficia in ejus operibus commemorabimus. Q. Nihil sane jucundius: sed interim petenda esset à Præceptore venia. P. Jam impetravi mihi, & item uni, quem vellem ducere. Q. Bene res habet, eamus, ducente Deo. P. Precor ut nos custodiat. Q. Ego quoque idem precor tecum.

COLLOQ. LIII.

Argumentum: ***Invitatio ad lusum. Eventus ludi.*** **Quicquid nobis**

nobis accidit, est boni consulendum. Ditare aliquem sollius est Dei; Spe lucri non est ludendum. Ethnicorum doctrina de fortuna. Admonitio careat odio & invidia. Solus Deus est cordium scrutator. Exemplum admonitionis mutuæ.

Quintus, Rufus.

Ubi sunt juglandes tuæ? R. De quibus loqueris juglandibus? Q. Quas hodie ex præmio accepisti. R. Ubi sint rogas? quasi vero tibi servare debuerim. Q. Non sic intelligo: sed quæro, quid feceris. R. Edi in merenda. Q. Edisti miser? cur potius non servabas ad ludendum? R. Edere malui, quam perdere. Q. Non poteras perdere nisi duodecim. R. Fateor. Q. Quod si sors tulisset, potuisses ducentas aut fortasse plures lucrifacere. R. Dubius est (ut vulgo dicitur) ludi eventus. Q. Quid tum? Ubique parati esse debemus in utramque partem, & boni consulere quicquid nobis evenerit. R. Istud ego scio: sed non sum admodum ludendi peritus in eo genere. Q. Abi, nunquam rem facies. R. Nemo rem facit, nisi Deo volente, nec ego ditari ex ludo velim. Q. Ergo (ut video) quærendus est mihi colluſor alius. R. Nihil sane impedio. Sed mane parumper. Q. Quid vis? R. Quid tu vocas sortem, de qua hic mihi mentionem fecisti? Q. Ipsam fortunam. R. Quid autem est fortuna? Q. Stultorum opinio. R. De fortuna quid opinantur stulti? Q. Nunc mihi non vacat de hoc tibi respondere: sed vide annotationem Præceptoris in Catonem. R. In quem locum? Q. In illum versiculum: *Indulget fortuna malis, ut ladere possit.* R. Ut video, non ignoras, quid sit fortuna. Q. Satis scio fortunam nihil esse. R. Cur ergo dixisti, quod si sors tulisset? Q. Excidit mihi sic loqui Ethnicorum more. Nam eorum libri (ut sæpe docet Præceptor) pleni sunt ejusmodi impia doctrina. R. Nihil mirum:

mirum: nempe illi veram Dei cognitionem non habuerunt. Q. Sed audi me Rufe, ſi vis amplius diſputare, quære tibi alios diſputatores: nam mihi nunc ſerio ludendum eſt: volo tamen prius te viciſſim admonere. R. O quam gratum mihi feceris! Q. Nonne tu dixiſti hæc verba: Dubius eſt ludi eventus? R. Fateor, me dixiſſe, ſed præmunivi. Q. Quomodo iſtud intelligis? R. Addidi enim hæc tria verba, ut vulgo dicitur. Q. O aſtutam vulpeculam! os occluſiſti mihi. Sed hæc inter nos ſine odio aut malevolentia dicta ſint. R. Novit Deus utriusque animum. Q. Eſt enim ille ſolus cordium ſcrutator. Sed quid tu? Vis hic ſolus otio torpeſcere? R. Cogito, quo luſu me exerceam. Q. Quaſi vero ſit diutius cogitandum. Age, ſequere me, dabo tibi mutuo juglandes. R. Amice nunc loqueris, ſed quando reddam? Q. Ad Calendas Græcas: ſi non potes citius. R. O feſtivum caput! eamus.

COLLOQ. LIV.

Argumentum: Invitatur ad luſum quidam: ille ſtudium præfert luſui. Exemplum rarum pueri ſtudioſi. Omnia tempus habent. Utendum remiſſionibus in tempore.

Ruſus, Stephanus.

Qua de re ſic elatus es lætitia? St. Pater meus advenit modo. R. Quid mea refert? St. Imo plurimum, quia nobis impetravit ludendi veniam. R. Aïn tu? St. Vide pueros jam ludentes in area. R. Ludant ſane alii; ego ſtudere malim, quam ludere. St. Nec minus ego, ſed in tempore. Nam (ut eſt in proverbio) *Omnia tempus habent.* Unde & nos recte monet Cato noſter: lib. 3.

Interpone tuis interdum gaudia curis:
Ut poſſis animo quem vis ſufferre laborem.

R. Vera ſunt, quæ dicis, fateor: ſed interim omitte me, ut ſerio ſtudeam. St. Per me ſtudeas licet: nihil impedio: at ego hac utar occaſione. R. Utere ſane.

COL-

COLLOQ. LV.

Argumentum: *Stephanus & Torquatus parant ſe ad ludendum pila palmaria.*

Stephanus, Torquatus.

Impetraſtis ludendi facultatem? T. Impetravimus. S. Ad quod usque tempus? T. Ad cænam usque. S. Qui dederunt verſus? T. Primi & ſecundi. S. Quid cæteræ claſſes? T. Primus quisque decurio trium proximarum claſſium pronunciavit unam e ſacris literis ſententiam. S. Nonne precati eſtis, ut ſolemus? T. Precati, & quidem præſente ludimagiſtro: tu vero ubi eras? S. Fueram domum à matre accerſitus. T. Nunc igitur, quid agere cogitas? S. Ludere ſesquihoram, deinde ad ſtudium me recipere. Vin' tu, ut tibi ſim colluſor? S. Quidni velim? T. Quo luſu nos exercebimus? S. Nullus eſt mihi jucundior pila palmaria. T. Nec mihi quidem. S. Viſamus igitur, an cæteri partes ſortiti ſint, nam ſi ſoli luderemus, minus eſſet voluptatis. T. Viſamus ſane.

COLLOQ. LVI.

Argumentum: *Non ſolum nobis nati ſumus: ſed alius alium ſollicite curare debet in tempore.* Exemplum tempeſtivæ admonitionis.

Torquatus, Vincentius.

Quid cogitas Vincenti? cave tibi, obſecro. V. Quid mihi cavebo? T. Ne in morbum incidas. V. Qua ex cauſa? T. Ex nimia luſus intemperantia. V. Unde appareret periculum? T. Quia totus æſtuas, totus ſudore mades. V. Recte & in tempore admones: Profecto non ſentiebam. T. Deſiſte ſi me audis. V. Audio vero libenter, ac tibi morem gero: quis enim reſpuat tam fidele conſilium? T. Deterge faciem ſudariolo, & indue

Digitized by Google

duc te celeriter: ne ſubitum frigus contrahas. V. Habeo tibi gratiam: nam fere morbis ſum obnoxius. T. Quid eſt cauſæ? V. Infirmitas meæ valetudinis: vides enim quam imbecillo ſim corpore. T. Tanto magis debes tibi cavere. V. Iſtud prope novi, & parens uterque me monet ſæpiſſime; ſed quid agas? natura proni ſumus in noſtram perniciem. T. O mi Vincenti, non eſt voluptati ſerviendum, ſed temperantia valetudini conſulendum. V. Eſt in promtu carmen Catonis in eam ſententiam. T. Teneo, ſed de his aliás: jam ſatis indutus es, non eſt, quod hic morere diutius. V. Vale Torquate, monitor amiciſſime. T. Vin' tu ut domum te deducam? V. Nihil opus eſt deductione: ego belle me habeo, Dei beneficio. T. Mi Vincenti, cura, ut valeas.

COLLOQ. LVII.

Vincentius, Auguſtinus.

Cur hodie non luſiſti nobiſcum? Aug. Non erat mihi ludendi ſpatium. Vinc. Quid habebas negotii? Aug. Non abſolveram penſum meum. V. Quod penſum. Aug. Dimidium exemplaris reſtabat mihi perſcribendum. Vinc. Præfeciſtine? Aug. Perfeci. Vinc. Laudo tuam diligentiam, ludes alias otioſe. Aug. Quum voluerit Deus. Vinc. Recte dicis: Nam absque voluntate ejus fieri nihil poteſt.

LIBER TERTIUS.

DE MORIBUS ALIISQUE EXTRA literarum ſtudia actionibus.

COLLOQ. I.

Argumentum: *Sub præcepto de parentum obedientia continentur omnes, qui nobis præſunt.* Contentiones vitandæ.

Adamus, Æmilius.

NEſcis vetitum eſſe, ne ſubmiſſe loquamur inter nos? Æ. Quidni ſcirem, quum Præceptor tam ſæpe nobis inculcet ejus rei cauſas. A. Cur igitur modo faciebas contra? Æ. Quia Iſaias ita me cœperat alloqui. A. Quid tum? debuiſti illum admonere, non imitari. Æ. Debui, ſed tunc mihi non venit in mentem. A. Sed interim notandus es. Æ. Minime vero: niſi vis eſſe ipſo Præceptore ſeverior. A. Dic mihi cauſam. Æ. Quia Præceptor vetat quempiam notari, qui ſponte delictum agnoverit: modo ne tale ſit factum, quod verbo Dei interdictum ſit. A. Nonne à Deo præceptum eſt, ut parentibus obediamus? Æ. Illud eſt quintum Decalogi præceptum. A. Atqui (ut habemus in Catechiſmo) præceptum illud patet latius. Nam parentum nomine Præceptores complectitur & magiſtratus, & denique omnes, quibus Deus ipſe nos ſubjecit. Æ. Non equidem nego, vera eſſe, quæ narras: ſed malo Præceptorem conſulere, quam tecum diſputare: alioqui in majus malum me induceres, quod eſt contentionis vitium, multo magis à Præceptore vetitum. A. Æquum dicis, memineris igitur Præceptorem admonere, quum rationes à nobis exigit. Æ. Ne putes me obliturum: præſertim quum mea res agatur.

COL-

Digitized by Google

COLLOQ. II.

Argumentum: *Admonitio de civilitate morum.*

Bartholomæus, Basilius.

Heus tu, Præceptor adest. Bas. Quid tum? Bart. Respice ad illum. Bas. Quamobrem? Bart. Ut ei caput aperias & venientem salutes. Bas. Ita decet facere: sed aliud cogitabam. Bart. Tace.

COLLOQ. III.

Argumentum: *Duo ad tonsorem euntes colloquuntur.* Nemo gaudet se adiri intempestive.

Cornelius, Cyprianus.

Quonam is tam celeriter? Cy. Ad tonsorem. Cor. Ego quoque una tecum. Cy. Rogasti veniam? Cor. Non rogavi: sed tantisper exspecta me, dum eo rogatum. Cy. Festina igitur. Cor. Mox rediero. Redii: eamus nunc jam. Cy. Quo vultu te Præceptor excepit? Cor. Hilari sane. Cy. Eodem me quoque acceperat. Cor. Non solet irasci nobis, nisi illum adeamus intempestive. Cy. Quotusquisque id non ægre fert? Cor. Etiam nos, qui pueri sumus, sæpius iratcimur condiscipulis, quum studia nostra, quantulacunque sunt, interpellant. Sed jam desinamus: optime tonsorem ante officinam video. Cy. Euge, nulli sunt igitur exspectantes: ita fiet, ut minus diu moremur.

COLLOQ. IV.

Argumentum: *Daniel & Dionysius colloquuntur de matrimonio.* Adolescens doctus & bene moratus. Puella bene instituta. Exemplum prosperi conjugii.

Daniel, Dionysius.

Euge, audivi, sororem tuam nupsisse. Di. Verum audisti. Da. Quis est maritus ejus? Di. Quidam civis Lugdunensis, honestis parentibus progenitus. Da. Estne dives? Di. Sic habetur: sed tamen pater meus hæc longe pluris facit: primum, quod ille sit bene moratus adolescens: deinde, quod non solum doctissimus,

ſed etiam bonarum literarum amantiſſimus: denique, quod verus Dei cultor & Chriſtianæ religionis ſummus obſervator. Da. Mihi narras egregios adoleſcentis titulos. O felicem ſororem tuam, quæ Dei beneficio talem virum nacta eſt! Di. Felicem ſane non abs re dixeris: ſi quidem bonum illud perpetuo ſic agnoſcat, ut ſemper meminerit ex Dei bonitate profectum eſſe, ob idque immortales agat eidem gratias. Da. Credo id facturam. Di. Ita ſpero quidem, ſic enim à parentibus ſemper inſtituta eſt in doctrina Chriſtiana. Sed me jam alio revocant domeſtica negotia. Ergo vale mi Daniel. Da. Tu quoque bene vale, ſuaviſſime Dionyſi. Di. Nunquid vis? Da. Ut verbis meis dicas ſalutem plurimam tuis omnibus, præcipue patri matrique, & ipſi novæ nuptæ: meque illi gratulari fauſtum illud conjugium. Di. Ego vero id faciam, & quidem libentiſſime.

COLLOQ. V.

Argumentum: *Docti adoleſcentis colloquium cum puero mediocriter profecto.* Admonitio ad præſtandum mutuas operas. Precatio. Quid pueris agendum quum mane ſurrexerint. Deus agnoſcendus eſt adjutor. Spes certa in Deo neminem fruſtratur. Philoſophi Ethnici multa verbo divino conſentanea dixerunt.

Emericus, Ezechiel.

Quota hora ſurrexiſti hodie? Ez. Paulo ante quintam. Em. Quis te expergefecit? Ez. Nemo. Em. An cæteri jam ſurrexerant? Ez. Nondum. Em. Non iviſti illos excitatum? Ez. Non ivi. Em. Quamobrem? Ez. Neſcio, niſi quia non putabam illud ad me pertinere. Em. An non te illi excitant interdum? Ez. Imo ſæpiſſime. Em. Debuiſti igitur ſimiliter facere. Ez. Debui, fateor. Em. Memento igitur ut poſthac facias. Ez. Meminero, Deo juvante. Em. Sed tu quid feciſti, quum ſurrexiſti e lecto? Ez. Primum flexis genibus precatus

Digitized by Google

tus ſum Patrem cœleſtem in nomine Filii ejus Domini noſtri Jeſu Chriſti. Em. Factum bene, quid poſtea? Ez. Deinde ornavi me, & curavi corpus mediocriter, ut Chriſtianum decet: poſtremo ad quotidiana ſtudia me retuli. Em. Si perges ſic facere, ne dubites, quin Deus tua juvet ſtudia. Ez. Adhuc me ſemper juvit, quæ eſt ejus benignitas, nec me (ut ſpero) derelinquet. Em. Recte loqueris: nec ille ſpem tuam fruſtrabitur. Ez. Anno ſuperiore didici in Catone, *Spem retine, Spes una hominem nec morte relinquit.* Em. Quod retinueris, bene feciſti: eſt enim egregia ſententia & homine Chriſtiano digna. Ez. Atqui auctor ejus libri non fuit Chriſtianus. Em. Non fuit, certa res eſt. Ez. Unde igitur ſumſit tot pulchras ſententias? Em. Maxime ex philoſophis ethnicis. Nam & ipſi divino ſpiritu illuminati, plurima dixerunt, quæ ſunt verbo Dei conſentanea: quod tu quoque videre aliquando poteris, ſi literarum ſtudium proſequêre. Ez. Ego proſequar, (ut ſpero) dummodo ipſe Deus det patri meo vitam longiorem. Em. Precare diligenter & ex animo, ut illud contingat Ez. Quotidie id precor ſæpe. Em. Det tibi Dominus Deus in omni opere bono perſeverantiam. Ez. Quod mihi optas, idem tibi precor: & gratias ago, quod me tam fraterne monueris.

COLLOQ. VI.

Argumentum: *Admonitionem bonam puer bonus in partem bonam accipit, & gratias habet monitori.*

Franciſcus, Ferrarius.

Quid feciſti regula mea? F. Reliqui in pergula ſuperiore. Fr. Cur eam reliquiſti? F. Oblitus ſum. Fr. Non recte factum: ſed tu ſic fere ſoles, ſi quid tibi fuerit commodatum. F. Piget me negligentiæ meæ. Fr. Non ſatis eſt dolere, niſi mores mutare velis. F. Deum precabor, ut mihi mutare velit. Fr. Si ſapis: alioqui ne-

mo tibi posthac commodare volet. F. Habeo gratiam, quod me tam amice monueris. Fr. I nunc repetitum meam regulam: est enim ea mihi opus ad ducendas in charta lineas. F. Nunc eo. Fr. Refer ad me in cubiculum. F. Mox habebis.

COLLOQ. VII.

Argumentum: *Gabriel Germanum Christiane & humaniter admonet: eidem bene ultro facit.* Caritas. Verecundia in petendo. Liberalis in dando, petere quoque non dubitat.

Gabriel, Germanus.

Miseret me tui. Ger. Quid ita? G. Quod penna tam misere abutaris. Ger. Quomodo abutor? G. Quia pessime tractas eam in acuendo. Ger. Non est culpa mea, ne quid erres. G. Cuja igitur? Ger. Scalpelli mei, cujus acies obtusa. G. Scalpellum in culpa non est, sed tu ipse. Ger. Cur istud dicis? G. Quia debuisti vel scalpellum tuum acuere, vel aliud aliunde rogare commodato, saltem ad præsens negotium. Ger. Non audeo petere. G. Quid times? Ger. Ne mihi denegetur. G. Ecce tibi meum. Ger. Gratias ago. G. Utere, quantum voles sed recte. Ger. Sciens non abutar. G. Nec sis posthac tam verecundus in petendo. Ger. Sic est ingenium meum: soleo dare libentius, quam petere. G. Utinam multi essent tui similes! sed tamen qui libenter dat beneficium, is petere quoque libere potest. Sed ego te nimis detineo: perfice, quod cœperas.

COLLOQ. VIII.

Argumentum: *Admonitus monitorem vicissim monet.* Suspectus caveas, ne sis miser omnibus horis: Nam timidis & suspectis aptissima mors est. In suspicioſos.

Henricus, Hermes.

Cur solus rides? Her. Quid tua? H. Quia fortasse rides me. Her. Unde tibi orta est ista suspicio? H. Quia malus es. Her. Omnes quidem mali sumus: at ego te pejor non sum. Nemo igitur ridet, nisi aliquem irrideat?

Digitized by Google

deat. H. Non ſic intelligo: ſed qui ſolus ridet (ut ſæpe audivi) aut ſtultus eſt, aut aliquid mali cogitat. Her. Iſta ſententia cujus ſit neſcio, ſed cujuscunque ſit, non eſt perpetuo vera, tamen admonitionem tuam in bonam partem accipio: teque moneo viciſſim, ut caveas ſuſpicioſus eſſe: *Nam timidis & ſuſpectis aptiſſima mors eſt*: ut eſt in morali noſtro carmine. H. Memini: boni tamen conſulo admonitionem tuam.

COLLOQ. IX.

Argumentum: *Iſraël Joſuam monet, ne ſit curioſus alienarum rerum percontator.* Horatius: Percontatorem fugito: nam garrulus idem eſt: Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures. Exemplum in percontatores.

Iſraël, Joſua.

Unde venis? Jo. Domo. Is. Quid agitur domi veſtræ? Jo. Nihil tua refert. Is. Fateor: ſed familiares ſic rogare fere ſolemus, perinde quaſi rogemus, ut valetis? quomodo ſe veſtræ res habent? Jo. De re aliena nimium percontari non decet. Is. Taceo: ſed videris mihi pro ætate nimis ſapere. Jo. Nihil meum dico: id audivi ſæpe. Is. Ego quoque non ſemel audivi. Jo. Cur ergo non uteris? Is. Quia non ſemper in mentem venit. Jo. Imo quia tu es percontator: quæ res non ſine cauſa datur vitio. Is. Habeo gratiam, quod me adeo amice moneas: poſthac adjuvante Deo, cavebo ineptus eſſe. Jo. Ita paulatim ſapies.

COLLOQ. X.

Argumentum: *Lambertus cum Leonardo mictum ire cupiens confabulationis ergo ab eo reprehenditur.*

Lambertus, Leonardus.

Vis venire mictum? Le. Satis otioſe minxi. Lam. Eamus una, quæſo, ut parum fabulemur. Le. Tace inepte, niſi vis accuſari: non eſt fabulandi tempus. Nonne debuiſti mejere quum jentaretur? Lam. Debui, ſed oblitus ſum. Le. Ito igitur ſolus, cum bona venia Præcepto-

ris: nec ſis poſthac tam oblivioſus. Lam. Parebo tibi, & meminero.

COLLOQ. XI.

Argumentum: *Marcus officium petit à Menardo: hic occupationem cauſatus belle denegat. Alter non urget ulterius.* Exemplum modeſtiæ, tum in petendo, tum in denegando.

Marcus, Menardus.

Visne mihi deſcribere prælectionem? Me. Cur non habes? Ma. Quia heſterno die fui occupatus. Me. Accipe meum librum, & deſcribe. Ma. Non ignoras me lentius ſcribere: & tu citius totum deſcripſeris quam ego quatuor aut quinque verſiculos. Me. Quære tibi alium ſcriptorem: nunc ego tibi non poſſum dare operam. Ma. Cur non? Me. Eſt mihi aliud negotium, idemque perneceſſarium. Ma. Nolo te urgere, nec poſſum quidem: ſed ſaltem commoda tuum codicem. Me. Accipe: utere ut libet, modo ne abutare. Ma. Nihil eſt, quod hîc verearis.

COLLOQ. XII.

Argumentum: *Ab amico petitur aliquid operæ: promittitur per opportunitatem.* Exemplum amici officioſi.

Nicolaus, Niger.

Cur non ſcribis? Ni. Quia non libet. N. Atqui Præceptor juſſerat. Ni. Scio: ſed eſt mihi aliquid legendum prius, præterea nihil habeo, quod nunc ſcribam. N. O ſi velles mihi ſcribere! Ni. Quidnam? N. Habeo deſcribenda dictata Præceptoris. Ni. Quæ dictata? N. In Ciceronis epiſtolas. Ni. Libenter deſcribam tibi: ſed exſpecta feriarum diem proximum. N. Exſpectabo igitur: ſed ne fallas, quæſo. Ni. Nec ſciens, nec volens fallam.

COLLOQ. XIII.

Argumentum: *Officium promittitur amici abſentis nomine.*

Obertus, Orontius.

Quando rediturus eſt Baſilius? Or. Non certo ſcio, for-

Digitized by Google

fortaſſe die craſtino: ſed cur iſtud rogas? O. Quia ſecum abſtulit catalogum: & Præceptor iraſcitur, ſi nemo ſit, qui recitet. Or. Relinque mihi iſtam curam: habeo catalogi Exemplum. O. Recitabis igitur? Or. Recitabo. O. Bene facies: & noſter Blaſius referet gratiam, ſi qua ſe offerat occaſio.

COLLOQ. XIV.

Agumentum: *Quidam domum profecturus paulo ante vindemiam promiſit amico ſe curaturum, ut & ille eodem accerſatur.* Exemplum puerilis amicitiæ.

Philippus, Plantinus.

Quando profecturus es domum? Pl. Cras, Deo juvante. P. Quis juſſit? Pl. Pater. P. Quomodo autem juſſit? Pl. Ad me ſcripſit ſuperiore hebdomade. P. Quo die literas accepiſti? Pl. Die Veneris. P. Quid continebant præterea literæ? Pl. Omnes recte valere, proximis diebus initium fore vindemiæ. P. O fortunatum, qui vindemiatum properas! Pl. Vis dicam patri meo, ut te accerſat? P. Quam gratum mihi faceres! ſed vereor, ut nolit. Pl. Imo gaudebit, cum propter noſtram conjunctionem, tum vero quia & latine colloquendo nos exercebimus, & de ſtudiis una interdum conferemus. P. Oh, gaudio totus exſilio. Amabo te, id cura mi animule. Pl. Senties: interim Deum precemur, ut dicta, facta, & conſilia noſtra vertat in gloriam ſui nominis. P. Bene mones, & certe ita expedit facere.

COLLOQ. XV.

Argumentum: *Richardus à Rogerio eunte domum petit ſibi uvas adferri.* Exemplum puerilis deſiderii.

Richardus, Rogerius.

Siſte parumper gradum, Rogeri, quo properas? Ro. Recta domum. R. Quid eo? Ro. Mater vult me paucis convenire. R. Neſcis quamobrem? Ro. Neſcio, niſi forte, ut veſtimenta hyberna mihi facienda curet.

R. Iſtud eſt veriſimile: jam enim inſtat hyems. Ro. Jam viſa ſunt gelicidia, & glacies etiam alicubi. R. His diebus vidi in foro montanos quosdam, qui dicebant, magnam vim nivium decidiſſe ſuperiori hebdomade, quum hic interea lentas pluvias tantum videremus. Ro. Ego quoque id ipſum audivi domi noſtræ ex ruſticis, qui triticum nobis advexerant. Sed cogor abrumpere ſermonem, ne mihi iraſcatur mater. R. Sed heus tu, mi Rogeri, adfer mihi domo aliquot uvas: nam ampliſſima fuit vobis vindemia. Ro. Adferam (ut ſpero) utrique noſtrum affatim: niſi quid forte mater irata eſt mihi. R. Iſtud avertat Deus!

COLLOQ. XVI.

Argumentum: *Stephanum in cubiculum euntem orat Simon, ut ſibi adferat cingulum.*

Simon, Stephanus.

Quo aſcendis? St. In cubiculum noſtrum. S. Quid eo? St. Petitum thecam ſcriptoriam. S. Adfer mihi cingulum eadem opera. St. Ubi eſt? S. Super arcam meam. St. Adferam; ſed tu me hic exſpecta. S. Nusquam moveo.

COLLOQ. XVII.

Argumentum: *Dives ex occaſione pauperi opem pollicetur. Deus hominum operâ nos nec opinantes juvat. Deus afficit animos ad bene agendum. Deus hominum affectus gubernat. Exemplum inſigne caritatis erga Pauperes.*

Tirus, Tullius.

Quid hic ſolus cogitas? Tul. Meam deploro miſeriam. T. Quænam te afficit miſeria? Tul. Heu! (me miſerum!) ecce, mutavimus claſſem: nec eſt mihi pecunia, unde libros emam. T. An non tibi dat pater? Tul. Dat quidem interdum, ſed parce nimis. T. Eſt igitur avarus? Tul. Non ſequitur. T. Quid igitur impedit, quo minus tibi pecuniam ſuppeditet? Tul. Paupertas: præterea quum peto, miratur tot nobis opus eſſe libris. T. Nihil mirum, præſertim quum ſit pauper: ſed interim eſto ani-

Digitized by Google

animo bono, nec te afflictes quæso: dabo operam, ut te juvet pater meus: libenter enim largitur pauperibus, præsertim iis, quos novit bonarum literarum studiosos esse. Tul. O me felicem, si tua opera me Deus adjuverit! T. Juvabit, spero: sed tu interim precare illum diligenter, ut mei patris animum erga te affectum reddat. Tul. Recte mones: nam (ut sæpe audivi e sacris concionibus) solus est Deus, qui hominum corda gubernat ac dirigit. T. Ita res habet. Tul. Vale mi Tite, qui mihi animum reddidisti. T. Tu quoque Tulli, vale. Sed dic mihi quæso, quantum nummorum tibi opus est? Tul. Si duos haberem florenos, abunde mihi esset in præsentia. T. Tace, cras (ut spero) divinum auxilium senties.

COLLOQ. XVIII.

Argumentum: *Pecunia quum adfertur, nuncium adfertur, vulgi opinione, jucundissimum.* Reprehensio libera in familiares. Evangelium, id est, gratia Dei à Christo nunciata. Cur Evangelio non omnes credant.

Valerius, Vincentius.

Frater tuus venitne Lugduno? Vin. Jam venit heri antemeridiem. Val. Nihilne literarum tibi attulit? Vin. Nihil. Val. Quid igitur nunciavit? Vin. Prospera omnia. Val. De patre quid narrat potissimum? Vin. Ait illum, Dei beneficio, jam plane febri carere, & paulatim convalescere. Val. Gaudeo sane, Deumque precor, ut pristinam valetudinem brevi recuperet; sed cur ille (ut solet) nihil ad te scripsit? Vin. Negat frater eum potuisse scribere. Val. Quamobrem? Vin. Quia nondum satis erat confirmatus. Val. Nihil mirum, quum tam diu tam graviter ægrotaverit: sed ille nihil ad te misit? Vin. Imo pecuniam. Val. Euge, nullus est jucundior nuncius. Vin. Ita ajunt. Val. Tu vero sic respondes quasi fabulam audias. Vin. Quin pejus audio. Val. Quidnam? Vin. Merum mendacium. Val. Egone mentitus

ſum? Vin. Non dico te eſſe mentitum, ſed falſum dixiſti. Val. Ego quid dicas non intelligo. Vin. Dabo operam, ut intelligas. Val. Obſecro te. Vin. Si nullus eſt jucundior nuncius quam de allata nobis pecunia, quid ergo eſt Evangelium Chriſti? quis eſt jucundior nuncius quam gratia Dei, quam Chriſtus attulit nobis per Evangelium? Val. Fateor, nihil eſſe jucundius Evangelio, iis duntaxat, qui credunt ei, & ex animo amplectuntur. Vin. Equidem ſic intelligo. Val. At ego loquebar de humanis & terrenis rebus: tu vero ſtatim ad cœlum aſcendiſti. Vin. Ita ſolent boni concionatores. Val. Non putabam, te eſſe theologum tam acutum. Vin. Nihil dixi niſi quod eſt tritum & in medio poſitum. Val. Utinam illud adeo vulgare & protritum foret, ut omnes in Chriſtum crederent. Vin. Nunquam credent omnes. Val. Quid prohibet? Vin. Quia multi ſunt vocati, pauci vero electi, ſicut Chriſtus ipſe teſtatur. Val. Sed ne diutius teneam, potesne facere, ut fratrem tuum paucis conveniam? Vin. Vix poſſum. Val. Quid ita? Vin. Nam habet à patre noſtro mandata plurima, in quibus curandis totus eſt occupatus. Val. Nonne cœnabit domi apud Vos? Vin. Cœnabit opinor. Val. Ibo igitur ſub horam cœnæ. Vin. Veni precor, & eadem opera nobiſcum cœnabis. Val. Non recuſo. Vin. Interim vale: ſed fac memineris adeſſe tempori. Val. Quota hora? Vin. Ante ſextam. Val. Hora eſt mihi commodiſſima.

COLLOQ. XIX.

Argumentum: *De accepta pecunia, & mutuo facile data.* Amicus verus. Exemplum animi ad bene merendum promtiſſimi.

Ambroſius, Antonius.

Venitne pater ad mercatum hodiernum? An. Hodie mane convenit me, quum adhuc e lecto ſurgerem. Am. Nihil ab eo petiiſti? An. Imo, pecuniam. Am. Et numeravit? An. In præſentia. Am. Quantum, obſecro?

ero? An. Viginti bacos. Am. Papæ! bacos viginti? qui fit, ut audeat tibi tantum pecuniæ committere? An. Quia novit me diſpenſatorem frugi. Siquidem ſemper illi reddo rationem usque ad teruntium. Am. Sed ægre fortaſſe impetraſti? An. Imo facillime, atque adeo cum gratia. Am. O mitem parentem! An. Certe mitiſſimum. Am. Sed (ut ad rem) quid facies iſta pecunia? An. Emam libros & alia mihi neceſſaria. Am. Potesne mihi aliquid mutuo dare? An. Poſſum, ſi modo eges. Am. Niſi egerem, non peterem. An. Quantum vis à me accipere? Am. Quinque bacos. An. Accipe. Am. O vere amicum animum! An. Amicus verus non eſt, niſi qui amicum juvat in tempore: ſi tamen habet unde juvet. Am. Amicus certus (ut eſt in proverbio) in re incerta cernitur. An. Quando reddes mutuum? Am. Ubi primum pater in hanc urbem venerit. An. Quando venturum ſperas? Am. In mercatu proximo, nempe ad octavum diem Octobris.

COLLOQ. XX.

Argumentum: *Benedictus à Baldo pennam commodato petit: hic primo fingit ſe commodare nolle: deinde dono dat.* Chriſti præceptum. Chriſtianus debet Chriſtum Præceptorem imitari. *Colloquendi occaſio quæſita per ſimulationem.*

Benedictus, Baldus.

Habesne duas aut tres pennas? Bal. Sunt mihi tantum duæ. Be. Da mihi unam commodato. Bal. Non faciam. Be. Cur non? Bal. Ne abutaris. Be. Memineris: fortaſſe aliquando me fruſtra rogabis aliquid. Bal. Atqui jubet Chriſtus malum bono compenſandum. Be. Nondum iſtud didici. Bal. Tamen diſcas, oportet, ſi cupis eſſe Chriſti diſcipulus. Be. Quid cupio magis? Bal. Diſce igitur magiſtrum imitari. Be. Diſcam progreſſu temporis. Bal. Præſtaret nunc incipere, dum per tempus licet. Be. Nimis urges, nondum complevi annum octavum,

vum, ut ait mater. Bal. Semper est bene agendi tempus: sed interim ne mihi, quæso, succenseas. Jocabar enim, ut te ad colloquendum invitarem tantisper, dum sumus otiosi. Ecce tibi penna, eaque non omnino pessima. Be. Reddam tibi statim, quum aliquid descripsero. Bal. Nolo mihi reddas. Be. Quid igitur faciam? Bal. Quicquid voles: à me enim tibi dono datur. Be. Gratiam habeo maximam.

COLLOQ. XXI.

Argumentum: *Amicus amico pecuniam ultro offert.* Beneficium voluntarium. Humana beneficia diligentius quam divina expendimus. Exemplum liberalitatis rariſſimum.

Claudius, Clemens.

Hodie pecuniam à patre accepi: si tibi forte opus. Clem. Nihil nunc opus est mihi: tamen gratiam habeo maximam, quod tua liberalitate ultro mihi offers beneficium: quotus enim quisque id faciat. Clau. Credo esse pauciſſimos: tu me tamen non semel beneficiis provocasti. Clem. Adeo parva illa fuerunt, ut non sint commemoratione digna. Clau. Non est parvum beneficium, quod ab optima voluntate profectum sit. Clem. Utinam Dei erga nos beneficia tam expenderemus, quam solemus hominum! Clau. Faxit ille, ut in ea cogitatione nos exerceamus & sæpius & diligentius. Clem. Illud profecto necesse est, si volumus ejus benignitatem sæpius experiri.

COLLOQ. XXII.

Argumentum: *Longa insinuatione petitur mutua in futurum pecunia: ea statim promittitur.* Exemplum astutiæ, item animi promti ad bene merendum.

Daniel, David.

Abiitne pater tuus? Dav. Abiit. Dan. Quota hora? Dav. Prima pomeridiana. Dan. Quid dixit tibi? Dav. Multis verbis monuit me, ut diligenter studerem. Dan. Uti-

zed by Google

Utinam ſic facias. Dav. Faciam Deo juvante. Dan. Ecquid pecuniæ dedit tibi? Dav. Dedit, ut fere ſolet. Dan. Quantum? Dav. Nihil ad te. Dan. Faceor: ſed tamen quid facies iſta pecunia? Dav. Emam chartam, & alia, quæ mihi ſunt uſui. Dan. Quid ſi amiſeris? Dav. Æquo animo ferendum erit. Dan. Quod ſi forte eguero, dabisne mutuo? Dav. Dabo & quidem libenter. Dan. Habeo tibi gratiam.

COLLOQ. XXIII.

Argumentum: *Ab amico quidam mutuo aſſem impetrat: oritur mentio ſit de providentia Dei.*

Ennius, Euſtaſius.

Quantum habes pecuniæ? Eu. Capitatum cum dimidio, tu vero? E. Non tantum. Eu. Quantum igitur? E. Unicum capitatum. Eu. Vis mihi dare mutuo? E. Eſt mihi opus. Eu. In quem uſum? E. Ad emendam chartam. Eu. Hodie reddam tibi. E. Addendum fuit, Deo juvante. Eu. Sic docet Præceptor, ex verbo Dei: ſed non poſſum aſſueſcere. E. Fac aſſueſcas. Eu. Quomodo id fiet? E. Si ſæpe cogitas, nos à Deo ſic pendere, ut nihil poſſimus ſine ejus auxilio. Eu. Bonum mihi das conſilium. E. Quale mihi dari velim. Eu. Sed (ut ad propoſitum redeamus) dabis mutuo iſtud capitatum? E. Miror te mutuo petere, qui plus habeas, quam ego: Eu. Eſt quidam ſcholaſticus hac tranſiens, qui librum venalem oſtentat. E. Quid tum? Eu. Cupiebam emere, quia vilius indicat, quam noſter bibliopola. E. Accipe: ſed, quæſo, unde tam cito reddes? Eu. A cœna ibo domum, ut a matre petam. E. Quid ſi dare nollet? Eu. Nihil cunctabitur, quum librum oſtendero.

COLLOQ. XXIV.

Argumentum: *Foreſtus à Friderico quinque aſſes mutuo petit, ſolvere duos abnuet.*

Fo-

Foreſtus, Fridericus.

Potesne mihi mutuo dare aliquantum pecuniæ? Fri. Quantum petis? Fo. Quinque aſſes, ſi tibi eſt commodum. Fri. Non tot habeo. Fo. Quot igitur? Fri. Tantum quatuor. Fo. Bene ſane, da mihi iſtos quatuor. Fri. Dabo (ſi vis) dimidium. Fo. Cur non totum? Fri. Quia ſunt mihi opus duo. Fo. Da igitur duos, quæſo. Fri. Sed tibi non ſufficient. Fo. Petam ab aliquo alio Fri. Accipe igitur hos duos: quando reddes? Fo. Die (ut ſpero) Sabbathi, quum pater ad forum venerit. Fri. Eſto igitur memor. Fo. Ne timeas.

COLLOQ. XXV.

Argumentum: *Grachus habens pecuniam Gratiano panxillum petenti denegat: ſpem tamen dat in poſterum.*

Gratianus, Grachus.

Da mihi duos aſſes mutuo. Grac. Nunc mihi non eſt promtum dare. Grat. Quid obſtat? nam ſcio te his diebus accepiſſe pecuniam. Grac. Accepi quidem, ſed emendi ſunt libri, & alia mihi neceſſaria. Grat. Nolo tuum commodum remorari. Grac. Ubi emero quæ mihi ſunt opus, ſi quid ſuperſit, faciam te libenter participem. Grat. Interea igitur ſperans exſpectabo: ſed quid, ſi nihil tibi ſuperfuerit? Grac. Statim dicam tibi, ne fruſtra diutius exſpectes. Grat. Quando emes ea, quæ decreviſti. Grac. Cras (ut ſpero) aut ſummum perendie. Grat. Bene habet, tempus eſt breviſſimum.

COLLOQ. XXVI.

Argumentum: *Hieremiæ Homerus promtiſſime das mutuam pecuniam.* Exemplum expromtæ liberalitatis.

Hieremias, Homerus.

Vis à me magnam inire gratiam? Ho. Nihil libentius fecerim: ſi quidem penes me res ipſa eſt: Sed quid eſt, in quo tibi commodare poſſim? Hi. Da mihi mutuo aſſes decem. Ho. Non tantum nunc habeo, ſed majorem par-

Digitized by Google

partem. Hi. Quantum quæso? Ho. Neſcio: niſi crumenam inſpexero, ecce tibi octo aſſes cum ſemiſſe. Hi. Solos ſeptem accipio, non enim te vacuare prorſus volo. Ho. Parum refert: totum, ſi vis, accipe. Hi. Ago tibi gratias: credo hoc pecuniæ ſatis fore negotio meo cum aliquantula, quam ipſe habeo. Ho. Ut libet. Hi. Amo te de iſta tua tam expromta benignitate. Ho. Si quid aliud poſſim, ne parcas. Hi. Reddam totum, Deo volente, quum primum pater ad me miſerit. Ho. Ne ſis magnopere ſolicitus: nondum eſt opus mihi.

COLLOQ. XXVII.

Argumentum: ***Pecuniam creditam repoſcit à debitore creditor.*** **Deus omnia gubernat.**

Juſtus creditor. *Jacobus* debitor.

Quoad patris reditum exſpectas? Ja. Hinc ad diem octavum. Ju. Quî ſcis diem? Ja. Ipſe pater ad me ſcripſit. Ju. Adventus ejus (ut ſpero) te ditabit. Ja. Crœſo ditior ero, ſi bene nummatus venerit. Ju. Tunc mihi mutuum reddes? Ja. Non eſt, quod dubites, quin ſi tibi opus erit amplius, non modo reddam mutuum, ſed etiam referam gratiam. Ju. Quomodo? Ja. Pecuniam mutuam viciſſim dabo. Ju. Nihil opus erit, ſpero. Ja. At neſcis quid poſſit accidere. Ju. Tempus eſt breviſſimum. Ja. Non eo dico, quod tibi velim ominari malum. Ju. Quicquid ominentur homines. Deus clavum tenet. Ja. Sed quid ceſſamus recipere nos in auditorium? Ju. Opportune admones.

COLLOQ. XXVIII.

Argumentum: ***Redditur commodatum, cum excuſatione dilationis.*** **Non debemus offendi, niſi ubi Deus offenditur.**

Matthias, *Martialis.*

Satisne uſus es ſcalpello meo? Mar. Satis. Mat. Redde igitur. Mar. Accipe, ago tibi gratias. Mat. Nihil eſt quod agas. Mar. Sed ignoſce, quod non ultro & citius reddi-

reddiderim. Mat. Ea de re nihil ſum offenſus. Non enim debemus offendi, niſi quum Deum offendi videmus. Mar. Recte ſentis.

COLLOQ. XXIX.

Argumentum: *Niceſtratum in portum eundem, ut viſat, ecquid ſibi alimenti advectum ſit, comitatur Nicander, idque confabulandi gratia.*

Nicander, Nicoſtratus.

Quo nunc ſolus abis. Nico. Semper à verſibus aliquid auſpicaris. Nica. Facile eſt carmen incipere, deducere non item. Sed dic, quò nunc is? Nico. Recte in portum. Nica. Quid in portu habes negotii? Nico. Viſo, ecquid alimenti mihi advectum ſit. Nica. Vis me tibi comitem? Nico. Imo, etiam ducem, ſi tibi ita videtur, Nica. Numquam dux eſſe didici, ſed ſæpe egi comitem. Nico. Nihil ad rem pertinet pluribus verbis hîc fabulari: eamus una. Nica. Eamus ſane: confabulari licebit amplius ambulando in ripa lacus, ſi navis nondum appulſa ſit. Nico. Quid ſi jam ſit appulſa? Nica. Tamen deambulare ſatis diu poterimus, dum exoneratur.

COLLOQ. XXX.

Argumentum: *Alter alterum quanti vivat, percontatur.*

Obertus, Oliverius.

Ubi hodie cibum cepiſti? Oli. Apud hoſpitem meum. Ob. Quanti prandiſti? Oli. Sex albis. Ob. Quid cœna, quanti conſtitit? Oli. Tantidem. Tu vero quanti aleris quotidie? Ob. Pluris quam tu. Oli. Quanti igitur? Ob. Octo bacis.

COLLOQ. XXXI.

Argumentum: *Probo fruſtum panis petenti iabunde dat Puteanus. Probus non allatum panem excuſat matris abſentia & domeſticorum occupatione.* Indulgentia ſimus deteriores. Deus omnis boni in nobis auctor: Colloquia etiam noſtra dirigit.

Pro-

Digitized by Google

Probus, Puteanus.

Da mihi fruſtum panis. Pu. Non habes? Pr. Si haberem, non peterem. Pu. Cur non attuliſti? Pr. Dicam poſtea: ſed da interim quæſo: nam eſurio vehementer. Pu. Cape. Pr. Hui tantillum! Pu. Etiam quereris? Pr. Non immerito: das parce nimis. Pu. Vide quantulum reſtet: dedi fere dimidium. Pr. Ago tibi gratias: dediſti abunde: ſed jocabar. Pu. Nunc reſponde: cur non attuliſti panem domo? Pr. Nemo erat qui daret. Pu. Nemo? Pr. Proſus nemo. Pu. Quid mater? Pr. Aberat domo. Pu. Quid cæteri? Pr. Omnes erant occupati. Pu. Cur tute non accipiebas? Pr. Nunquam auderem tale quidpiam. Pu. Cur non? Pr. Mater perpetuo vetat, ne quid attingam, ſine permiſſu ejus. Pu. Dura mater! Pr. Tuo quidem judicio, qui indulgentiorem habes. Pu. Non dico indulgentem, ſed certe liberalem. Pr. Quomodo te tractat? Pu. Suaviſſime, omninoque ex animi ſententia. Pr. Fortaſſe in tuam perniciem. Pu. Avertat Deus optimus maximus! Pr. Non equidem invideo. Pu. Cur ergo illud dicis? Pr. Ut interim te moneam, omnes licentia deteriores fieri. Pu. Bene facis, ſed quid cenſes? Nonne uti licet parentum bonitate? Pr. Certe licet, modo ne abutaris? Pu. Rogas? Pr. Quin aut patris aut matris indulgentiam in malum vertimus. Pu. Recte dicis: Sed quotusquisque id facit? Pr. Imo fere omnes: niſi qui à Domino Deo prohibentur. Pu. Quis poteſt bonus eſſe, niſi per Dei gratiam? Pr. Ergo (ut ſæpe monemur à Præceptore) precandus eſt, ut Spiritu ſuo nos bonos & ſanctos efficiat. Pu. Gaudeo, te non attuliſſe jentaculum. Pr. Quamobrem? Pu. Quia hoc noſtro colloquio mihi videor multum profeciſſe. Pr. Ego quoque non parum. Pu. Tua opera id factum eſt. Pr. Imo beneficio Dei, qui quidem ita voluit. Pu. Credo equidem. Pr. Et hic igitur & in cæteris agnoſcamus bonitatem ejus. Pu. Valde id æquum eſt. Pr. Imo

valde neceſſarium: ſiquidem volumus ingrati animi crimen effugere: O ſermonem jucundiſſimum! Gratiæ Deo immortales per JESUM CHRISTUM. Pu. Ita velim.

COLLOQ. XXXII.

Argumentum: *Panis mutuo dandus appenditur.*

Robertus, Roſeus.

Reſtatne tibi multum panis? Ros. Satis, gratia Deo. Rob. Visne mihi dare mutuo? Ros. Libenter. Rob. Sed fortaſſe tibi non ſufficiet. Ros. Imo, ut ſpero. Rob. Ad quod uſque tempus? Ros. Ad diem Veneris. Rob. Unde habebis poſtea? Ros. Domo. Rob. Quis afferet? Ros. Egomet ibo petitum? Rob. Quando? Ros. Ipſo die Veneris. Rob. Da mihi mutuo ſeſqui-libram. Ros. Quis appendet? Rob. Uxor Præceptoris, aut ancilla. Ros. Eamus petitum ex arca mea. Rob. Quin ito ſolus, ego te in culina exſpectabo.

COLLOQ. XXXIII.

Argumentum: *Invitat Silvium ad jentandum Stephanus.* Exemplum convictus, obedientiæ, & ſtudii.

Stephanus, Silvius.

Vis jentare mecum? Si. Non habeo jentaculum. St. Quid non attuliſti? Si. Ego domi jentaveram. St. Itane ſemper facis? Si. Minime; ſed quia bene mane ſurrexeram, ſic matri placuit me tractare. St. Proſit tibi: ego igitur ſolus jentabo. Si. Et ego interim ſtudebo.

COLLOQ. XXXIV.

Argumentum: *Theophilus & Thomas de prandii horis inter ſe colloquuntur: ille maturius ait ſe prandere, hic ſerius, idque propter patrem e curia exſpectandum: eademque de cauſa pſalmorum cantioni intereſſe non ſolere.* Modus ſervandus. Offenſiones mutuo remittendæ.

Theophilus, Thomas.

Quando vis prandere? Tho. Ego jam prandi. The. Quota

Digitized by Google

Quota hora? Tho. Sesquioctava. The. Tam mane igitur prandetis? Tho. Sic fere solemus in æstate. Vos autem? The. Non prandemus ante sesquidecimam: interdum ab undecima. Tho. Papæ! Cur non citius? The. Exspectandus est pater, dum e curia redierit. Tho. Tu igitur non potes adesse aulæ in cantione Psalmorum. The. Raro admodum interfum. Tho. Quomodo excusaris? The. Exemtus sum illo munere. Tho. Quis te exemit? The. Didascalus patris mei monitu. Tho. Ergone omnes senatorum filii habent hujusmodi privilegium? The. Habent, modo patres jubeant. Tho. Nonne mater posset tibi dare prandium ante reditum patris e senatu? The. Posset quidem; sed pater vult à me exspectari. Tho. Quamobrem? The. Quia sic illi placet. Tho. Nunc mihi tacendum est. Os enim mihi occlusisti. The. Cur tu es tam curiosus percontator? Tho. Puer sum: & pueri semper cupiunt aliquid scire novi. The. Fateor: sed est modus in rebus, ut Præceptor nos sæpe docet. Tho. Ergo discedamus, ut te prandium conferas. The. Ignosce, quæso, si qua in re te offenderim. Tho. Ego abs te idem peto: ego, inquam, potius, qui te offendere potui loquacitate mea, sed interim nihil mali cogitans.

COLLOQ. XXXV.

Argumentum: *Theophylactus Thomæ de sua merenda impertit, & simul rationem ostendit, qua sibi ille in posterum de merenda & jentaculo prospiciat.*

Theophylactus, Thomas.

Oro te, da mihi ex pane tuo. Tho. Mihi non habeo nimis: tamen volo tibi impertiri, accipe. The. Gratias ago tibi. Tho. Non est, quod agas ob rem tantulam: Sed dic quæso, cur non attulisti? The. Quia nemo erat domi nostræ, qui mihi daret. Tho. Tu vero cur non accipis? The. Non audeo, nisi det mater. Tho. Bene facis; sed

Digitized by Google

audi bonum consilium. The. Ausculto, ut audiam: dic quæso. Tho. Quum prandio finito tolluntur mensæ reliquiæ, petito merendam tuam, eamque in peram statim recondito, ita fiet, ut nunquam immunis venias. The. De jentaculo autem quid suades? Tho. Ut petas in exitu cœnæ, & idem facias quod dixi tibi de merenda. The. Nunquam vidi melius consilium dari. Tho. Fac igitur ut memineris, & quum voles, utere. The. Ego vero utar, quoties opus erit.

COLLOQ. XXXVI.

Argumentum: *Exemplum oblivionis.*

Uranius, Vergilius.

Scin' tu, quota sit hora? Ver. Non certum scio: sed video instare cœnæ tempus. U. Me miserum! oblitus sum adire matrem, quæ jusserat. Ver. Curre, curre: opportune venies, ut cœnes domi. U. Recte mones: eo rogatum veniam. Ver. Eccum hypodidascalum. U. Optime adest.

COLLOQ. XXXVII.

Argumentum: *De carnium differentia, & beneficiorum divinorum agnitione.* Mendacium vitandum est. Christus veritas. Christiani sunt filii Dei & Christi fratres. Caritas in pauperes.

Aurelius, Augustinus.

Quid tibi dedit mater in merendam? Aug. Vide. Aur. Caro est: sed quænam? Aug. Bubula. Aur. Utrum recens, an salsa? Aug. Est bubula salita. Aur. Utrum pinguis, an macra? Aug. Eho inepte, non vides macram esse? Aur. Annon malles esse vitulinam aut vervecinam? Aug. Utraque bona est: sed in omni genere sapit mihi hœdina, præsertim assa. Aur. Hem, delicatule, jamne palatum tam doctum habes? Aug. Dico ut sentio, non enim est mentiendum. Aur. Absint à nobis mendacia.

Sumus

Digitized by Google

Sumus enim filii Dei, & Chriſti fratres, qui eſt ipſe veritas, ut ipſe de ſe loquens teſtatur. Aug. Sed ad rem. Suilla quoque veſcor libenter, modico ſale aſperſa & bene cocta. Aur. O mirificam Dei gratiam, qui dat nobis tot obſoniorum genera & tam bona! Aug. Quot putas eſſe hac in urbe pauperes, qui ſolo pane hordeaceo victitant, neque tamen ad ſaturitatem? Aur. Non dubito multos eſſe, in tanta præſertim annonæ caritate. Aug. Itaque nos in tanta bonarum rerum copia, quantas Deo gratias agere debemus? quas laudes illi dicere? Aur. Ejus igitur beneficia magnifice ubique prædicemus: atque interim precemur, ut pauperum ſuorum miſereatur inopiæ. Aug. Utinam ipſe corda noſtra ſuo Spiritu ad eam rem penitus afficiat. Aur. Ita precor.

COLLOQ. XXXVIII.

Argumentum: *De puero contra edictum regium in foro pyra emente.*

Barbatus, Benedictus.

Unde venis? Be. A foro. Ba. Quis te illuc miſerat? Be. Mater. Ba. Quid egiſti in foro? Be. Emi pyra. Ba. Neſcis nobis vetitum eſſe emere fructus aliquos? Be. Quis illud ignorat? nam dictum eſt palam in aula. Ba. Qui igitur auſus es emere pyra? Be. Mater dederat mihi ſextantem, ut mihi emerem in merendam. Quid mali feci, ſi parui matri?

COLLOQ. XXXIX.

Argumentum: *Veſtis mane induenda, non de die mutanda.*

Carolus, Cuſtos.

Unde adfers iſtam tuniculam? Cuſt. Domo. Ca. Quid vis facere? Cuſt. Volo induere. Ca. Nunc non eſt mutandi tempus. Cuſt. Quando igitur? Ca. Cras mane, quum ſurges e lecto. Cuſt. Bene mones, exſpectabo.

COLLOQ. XL.

Argumentum: *Interrogatiuncula de morbo.* **Deus est medicorum princeps.**

Dignus, Dolabella.

Quid egisti per hos quindecim dies? Do. Ministravi matri, quæ graviter ægrotabat. Di. Ain tu? Do. Sic est profecto. Di. Quo laborabat morbo? Do. Febre tertiana. Di. An convaluit? Do. Paulatim convalescit, gratia Deo. Di. Quis eam sanavit. Do. Medicorum summus. Di. Quis ille? Do. Ipse Deus. Di. De hoc nihil dubito: sed cujus opera? Do. Domini Sarrasini. Di. Is habetur maximi nominis in medicinæ professione. Do. Id quotidie probant egregiæ curationes ejus. Di. Quibus re mediis utebatur in curanda matre tua? Do. Medicamentis. Di. Satis istud intelligo, etiam te tacente; sed dic plane, quæ fuerunt ista medicamenta? Do. Sine me aliquantisper recordari. Di. Sino: dic tandem quæ reminiscaris? Do. Duo tantum nomina mihi occurrunt, clysteres & potiones. Di. Quid ista conferunt? Do. Eho inepte, ita rogas, quasi ego medicinæ operam dederim. Itaque si cupis amplius scire, quære tute ipse ab iis potius, qui ista profitentur, hoc est, à medicis & pharmacopolis. Di. Ne mihi succenseas, oro. Do. Cur tu es adeo curiosus? Di. Ut addiscam semper aliquid. Do. At vide interim, ne voceris percontator. Di. Audi tamen item pauca. Do. Loquere. Di. Quamdiu ægrotavit mater? Do. Fere duas hebdomades. Di. Interea ubi erat pater? Do. Profectus erat Lugdunum ad mercatum. Di. Sed tu, qua hora rediisti in gymnasium? Do. Hodie mane. Di. Dedistine excusationem Præceptori? Do. Dedi. Di. Quid tibi respondit? Do. Factum bene, inquit. Tu vero ubi eras? Di. Hesterno die rus iveram cum patruo. Do. Age videamus, quid simus reddituri hora secunda: nam ego quodammodo nunc novus sum discipulus.

COL-

Digitized by Google

COLLOQ. XLI.

Argumentum: *Erneſtus Eudoxo ægrotanti ſuadet, ut quieſcat. Paret Eudoxus.*

Erneſtus, Eudoxus.

Quid triſtis es Eudoxe? Eu. Ægroto. Er. Quid morbi eſt? Eu. Neſcio. Er. Sed tamen, eſtne gravis morbus? Eu. Non admodum, gratia Deo. Er. Quidnam tibi dolet? Eu. Caput. Er. Quid? totumne caput? Eu. Non certe. Er. Quæ pars igitur? Eu. Neſcio nomen. Er. Eſtne vertex. Eu. Non eſt. Er. Quid ergo? utrum ſinciput? an occiput? Eu. Hæc pars anterior. Er. Eſt ergo ſinciput. Eu. Quid igitur faciam? Er. Quieſce bene: mox ſanus eris. Sic enim à matre accepi, nullum eſſe præſentius remedium capitis doloribus quam quietem. Eu. Atqui varii ſunt morbi capitis. Er. Et varia fortaſſe remedia: ſed quid eſt facilius, quam id tentare, quod dixi tibi? Eu. Experiri quidem, nihil (ut ſpero) nocebit: ſed ubi quieſcam? Er. Domi veſtræ in lecto. Eu. Mater non ſinet. Er. Imo, ſi dixeris te ægrotare. Eu. Atqui me putabit ſimulare. Er. Fieri poteſt: ſed quid dubitas periculum facere? Eu. Bonum conſilium. Er. Utere, ſi vis. Eu. Faciam profecto. Er. Enim vero, ſi ſapis. Eu. Sed unum reſtat. Er. Quid eſt? Eu. Impetranda eſt à Præceptore venia. Er. Adi, & pete. Eu. Quid? ſi nolit dare. Er. Imo facillime. Eu. Qui ſcis iſtud? Er. Quia ſatis eſt credulus nobis; niſi qui aliquoties illum fefellerunt. Eu. Nunquam ſciens illum fefelli. Er. Ito igitur fidenter. Eu. Nunc eo. Er. Sed heus prius meditare, quid ſis dicturus, ne forte loquendo hæreas. Eu. Bene mones: non accedam imparatus.

COLLOQ. XLII.

Argumentum: *De frigoris acerbitate & hypocauſti incommodo.*

Fabianus, Fortunatus.

Quo nunc is? For. In hypocauſtum. Fa. Quid eo?

For. Hoccine rogandum est ? non frigus sentis ? Fa. Quotusquisque nunc non sentiat, quum adeo sit acerbum? sed ego malim me in culina calefacere. For. Atqui Præceptor vetuit. Fa. Non ignoro: sed rogabo veniam. For. Cur non vis in hypocausto calefieri ? Fa. Vapores clibani tentant mihi caput, quod alioqui infirmum satis habeo: unde fit, ut facile ex capite laborem. For. Ego quoque sic aliquando fui: sed paulatim assuefeci me ad ferenda hypocausti incommoda. Fa. Et ego (ut spero) me assuefaciam: verum præstat id fieri horis pomeridianis, ubi tantus ille æstus deferbuerit. For. Sed nunc tempus non est hic philosophandi diutius, jam mihi dentes frigore crepitant.

COLLOQ. XLIII.

Argumentum: *Curiosus res novas audire semper captat.*

Galenus, Georgius.

Unde venis? Geor. E foro. Ga. Quid illic audivisti novi? Geor. Nihil. Ga. Nihilne? Geor. Nihil prorsus. Ga. Mirum est te nihil audisse de bello, aut de cæteris rebus Gallicis. Geor. De iis, quæ nihil ad me pertinent, non soleo percontari. Ga. Esto: sed tamen aliquid vel in transitu audiri solet. Geor. Ne mentiar, intellexi nonnihil in transitu. Ga. Narra mihi, quæso. Geor. Nunc non est narrandi spatium. Ga. Cur non ? Geor. Est mihi alio properandum. Ga. Quonam ? Geor. Nihil ad te. Ga. Quando igitur revises nos, ut ex te istud audiamus ? Geor. A prandio, si licebit per otium. Ga. Amabo te, fac liceat. Geor. Dabo operam: sed me detines diutius. Vale.

COLLOQ. XLIV.

Argumentum: *Interrogationes curiosæ de rebus minutissimis, nec tamen inutiles. Præparatio in rebus omnibus.* Patris familias diligentia in re familiari.

Ha-

Digitized by Google

Hadrianus, Hilarius.

Cur hodie mane abfuiſti? Hi. Occupatus eram. Ha. In quo negotio? Hi. In ſcribendis ad matrem literis. Ha. Quid opus erat illi ſcribere? Hi. Quia ad me ſcripſerat. Ha. Ergo reſcripſiſti. Hi. Proprie loqueris. Ha. Unde tibi miſerat literas? Hi. Rure, nempe ex villa noſtra. Ha. Quando rus profecta eſt? Hi. Superioribus diebus. Ha. Quid agit ruri? Hi. Curat noſtra negotia ruſtica. Ha. Quid potiſſimum? Hi. Præparat ea, quæ ſunt opus ad proximam vindemiam. Ha. Prudenter agit. Hi. Unde iſtud probares? Ha. Nam omnibus in rebus adhibenda eſt præparatio diligens. Hi. Quis te iſtud docuit? Ha. Quidam pædagogus dictavit e Cicerone. Hi. Qua occaſione? Ha. Quum admoneret, ut me diligenter pararem ad reddendam hebdomadem poſtero die. Hi. Profecto recte monebat. Ha. Sed ad propoſitum revertamur. Non habetis villicum, qui curet ruri veſtra negotia? Hi. Imo & villicam habemus, & famulos, & ancillas. Ha. Quid igitur opus eſt illic tuæ matris opera? Hi. Quia melius novit providere rebus omnibus, quam iſti imperiti ruricolæ. Ha. Nihilne amplius? Hi. Sine me finire propoſitum. Ha. Putabam te abſolviſſe: perge. Hi. Etiam (ut ex patre audivi) præcipua cura domini requiritur in re familiari adminiſtranda. Ha. Ergo pater tuus nunc potius deberet ad villam eſſe. Hi. Non poteſt. Ha. Quid prohibet? Hi. Quia totus eſt in arte ſua occupatus. Ha. Majorem (ut opinor) ex ea re fructum percipit. Hi. Quis dubitet? Ha. Inde igitur fit, ut relinquat uxori omnem curam rei domeſticæ. Hi. Omnino ſic eſt. Ha. Sed mater quando eſt reverſura? Hi. Vix ante perfectam vindemiam. Ha. Quid tu? non ibis vindemiatum? Hi. A matre (ut ſpero) accerſar. Sed quæſo te, quid cogitamus? Jam omnes in auditorium currunt. Ha. Bene res habet: curramus & nos, ne poſtremi ſimus.

COLLOQ. XLV.

Argumentum: *Juvenalis de patre rogatus à Jano, Antverpiam ait ad mercatum abiisse, ejusque reditum in horas exspectari:* Deus ubivis locorum suos conservat.

Janus, Juvenalis.

Ubi nunc est pater tuus? Ju. Puto eum esse Antverpiæ. Ja. Quid illic agit? Ju. Negotiatur. Ja. Ex quo tempore? Ju. Ab ipso initio mercatus. Ja. Valde miror, qui audeat illic commorari tot dies, quum pestilentia tanta sit per totam urbem. Ju. Non est adeo mirandum. Ja. Itane tibi videtur? Ju. Ita profecto. Fuit enim alias in majore periculo, sed Dominus Deus semper eum custodivit. Ja. Credo equidem, & adhuc custodiet. Sed quando est reversurus? Ju. Nescio. In horas exspectamus. Ja. Reducat illum Deus! Ju. Ita precor.

COLLOQ. XLVI.

Argumentum: *Lucas Latino de patris adventu gratulatur.* Temporis habenda est ratio.

Lucas, Latinus.

Quid ita lætus es? La. Quia venit pater. Lu. Ain' tu? unde venit? La. Lutetiâ. Lu. Quando advenit? La. Modo. Lu. Jamne salutasti? La. Salutavi, quum ex equo descenderet. Lu. Quid amplius illi fecisti? La. Calcaria detraxi & ocreas. Lu. Miror, te non mansisse domi, propter ejus adventum. La. Nec ille permisisset, nec ego vellem, præsertim nunc, quum audienda est prælectio. Lu. Bene tibi consulis, qui temporis rationem habeas. Sed quid pater? valetne? La. Recte, Dei beneficio. Lu. Equidem gaudeo plurimum tua & ejus causa, quod salvus peregre redierit. La. Facis, ut amicum decet: sed cras pluribus verbis colloquemur. Vide Præceptorem, qui jam ingreditur auditorium. Lu. Eamus auditum prælectionem.

COL-

Digitized by Google

COLLOQ. XLVII.

Argumentum: *Interrogatiuncula de profectu ad locum, & reditu ex loco.*

Mercerus, Morellus.

Eſtne domi frater tuus? Mor. Cur iſtud rogas? Mer. Pater meus volebat eum convenire. Mor. Non eſt in hac urbe. Mer. Ubi igitur? Mor. Peregre profectus eſt. Mer. Quando? Mor. Nudius tertius. Mer. Quonam ivit? Mor. Lutetiam. Mer. Qua iter facturus eſt? Mor. Lugduno. Mer. Utrum pedes an eques ivit? Mor. Ivit in equo. Mer. Quando eſt rediturus? Mor. Neſcio. Mer. Sed quem terminum conſtituit illi pater? Mor. Juſſit, ut hîc adeſſet ad vigeſimum hujus menſis diem. Mer. Ducat illum Deus, ac reducat! Mor. Ita precor.

COLLOQ. XLVIII.

Argumentum: *De reditu ex villa.*

Neander, Nicias.

Ubi fuiſti his diebus? Ni. Ruri. Ne. Quo in loco? Ni. In villa noſtra. Ne. Quid agebas illic? Ni. Miniſtrabam patri. Ne. Quid vero ille? Ni. Paſtinabat vites noſtras. Ne. Quando illinc rediiſti? Ni. Heri tantum. Ne. Quid pater? Ni. Una mecum reverſus eſt. Ne. Bene factum: ſed quo nunc is? Ni. Recta domum. Ne. Quando repetes ludum literarium? Ni. Cras, juvante Deo, aut ſummum perendie. Ne. Ergo interim vale. Ni. Et tu vale, mi Neander.

COLLOQ. XLIX.

Argumentum: *Octavius & Oedipus de reditu à vindemia deque uvis allatis colloquuntur.*

Octavius, Oedipus.

Gratulor tibi reditum, Oedipe, quando rediiſti rure? Oe. Heri poſt meridiem. Oct. Quid mater? Oe. Quemadmodum illa me ſecum duxerat, ita reduxit. Oct. Nonne venit in equo? Oe. Et quidem tolutario. Oct. Tu vero?

vero? Oe. Quid rogas? eram illi à pedibus. Oct. Non tibi fuit moleſtus labor itineris? Oe. Nulla mihi fuit via difficilis; adeo erat jucunda in urbem reditio; quid quæris? noluiſſem eques venire. Oct. Quantum diſtat hinc villa veſtra? Oe. Quatuor milliaribus, iisque non admodum longis. Oct. Sed jam ſatis de reditu, nunc aliud agamus. Fuiſtine memor promiſſi tui? num rediiſti vacuus. Oe. Attuli uvarum quantum potui. Oct. Quantum igitur? Oe. Quaſillum. Oct. Hui, quaſillum! tibi igitur uni! Oe. Imo nobis duobus. Oct. Quid duobus tantillum? Oe. Non poteram ferre amplius, pro viribus corpuſculi mei; quod ſi robuſtus eſſem, aſini onus aſportaſſem, mater enim facile permittebat. Oct. Quam vellem adfuiſſe! Oe. Ego & mater te plurimum deſideravimus. Sed eſto animo bono; ea reliquit famulum ruri, qui ampliſſimo corbe onuſtus veniet; tum illa tibi dabit affatim. Oct. Alia, nunc optata loqueris, mi Oedipe. Oe. Eamus domum ad nos; videbis quaſillum noſtrum adhuc, (ut ſpero) integrum. Oct. O lepidum caput! nam & cupiebam ire ſalutatum matrem tuam mihi cariſſimam. Oe. Profecto illi gratiſſimum feceris. Oct. Eamus igitur.

COLLOQ. L.

Argumentum: *Percontatur de rebus ad illum pertinentibus.*

Paſtor, Præpoſitus.

Quo in ſtatu ſunt res veſtræ Lugdunenſes? Præ. Neſcio, jam pridem nihil audimus. Pas. Nihilne ſcripſit frater tuus? Præ. Poſt menſes duos nihil literarum miſit, quod viderit pater. Pas. Fortaſſe ægrotat. Præ. Minime vero; nam tabellarii ſæpe nobis ſalutem nunciant verbis ejus. Pas. Libenter audio illum recte valere. Valde eum diligo, qui fuit mihi ſuaviſſimus condiſcipulus. Præ. Ille (ut opinor) te viciſſim diligit. Pas. Id vero mihi non

non est dubium. Sed nos hora vocat: eamus in auditorium. Præ. Maturemus. Jam recitatur catalogus.

COLLOQ. LI.

Argumentum: ***Interrogatiuncula de acceptis literis.***

Romulus, Remus.

Quid legis? Re. Literas. Ro. A quo? Re. A patre. Ro. Quando accepisti? Re. Heri vesperi. Ro. Quis attulit? Re. Nescio. Ro. Nescis? quis tibi reddidit eas? Re. Ancilla quædam à caupone. Ro. Unde sunt datæ? Re. Lutetia, credo. Ro. Quo die? Re. Nondum licuit inspicere. Ro. Nempe ego te interpellavi. Re. Parum refert: non adeo sum occupatus. Ro. Age, perlege tuam epistolam: ego quoque mox idem faciam.

LIBER QUARTUS,

Qui Præceptorum, vel eorum, qui Vice Præceptorum sunt, cum discipulis colloquia continet.

COLLOQ. I.

Argumentum: ***Pædagogus, ad exercendam suorum discipulorum memoriam, à quodam eorum exercitationis matutinæ rationem exigit. Narrat puer ordine & distincte singula, idque memoriter, & audientibus condiscipulis.*** Exemplum ad pueros in simplici narratione exercendos, ut puro sermoni paulatim assuescant.

Pædagogus, Albertus.

HOdie mane quota expergefactus es? Al. Ante lucem: quota hora nescio. Pæd. Quis te expergefecit? Al. Venit excitator hebdomadarius cum laterna sua; pulsavit acriter ostium cubiculi; quidam

dam aperuit, excitator accendit noſtram lucernam, clara voce inclamavit: experrecti ſunt omnes. Pæ. Narra mihi ordine, quid egeris ex illo tempore uſque ad finitum jentaculum. Vos, pueri, auribus atque animis diligenter attendite, ut diſcatis hunc veſtrum condiſcipulum imitari. Al. Experrectus ſurrexi e lecto, indui tunicam cum thorace, ſedi in ſcabello, accepi femoralia & tibialia, utraque indui, calceos calceavi, femoralia ligulis aſtrinxi thoraci, tibialia periſcelide ligavi ſupra crura, cingulo me præcinxi, caput diligenter pexui, aptavi capiti pileolum, togam indui: deinde egreſſus cubiculum deſcendi infra, urinam in area reddidi ad parietem: accepi frigidam e ſitula, manus & faciem lavi, os & dentes collui: deterſi mantili manus & faciem. Interea ſignum ad precationem datur minore tintinnabulo: in aulam privatam convenitur, precamur una: accipimus ordine jentaculum à famulo culinario: jentamus in triclinio ſedentes & quieti, ſine murmure, ſine ſtrepitu: quos audivi inepte garrientes aut verba loquentes otioſa, aut etiam laſcivientes vidi, amice admonui: qui non paruerunt admonitioni, detuli ad obſervatorem, ut eos notaret. Pæ. Nemone vobis præerat, dum jentaretis? Al. Imo hypodidaſcalus. Pæ. Quid agebat interea? Al. Ille per mediam aulam ambulabat, tenens librum in manibus, & identidem monens obſervatorem, ut notaret inepte garrientes. Pæ. Nullumne igitur verbum tunc licet emittere? Al. Imo licet: verum ii demum notari ſolent, qui diu & multis verbis inepte & ſine ullo fructu confabulantur. Cæterum licet omnibus jucundos inter ſe tractare ſermones de bonis & honeſtis rebus: dum tamen id modeſte fiat, citra clamorem & contentionem. Pæ. Hactenus ſatisfeciſti mihi; cætera narrabis à prandio, niſi aliquod negotium intervenerit. Eamus nunc in aulam ad prandium,

Digitized by Google

dium, ne magiſtro in mora ſimus. Al. Audivi modo ſignum dare. Pæ. Opportune datum.

COLLOQ. II.

Argumentum: *Proſequitur puer narrationem ante prandium inceptam.*

Pædagogus, *Abrahamus* puer.

Ubi finiviſti narrationem ante prandium? Ab. Quum vellem finem imponere de jentaculo, tu me interpellaſti, Præceptor. Pæ. Perge igitur narrare ordine reliqua. Ab. Dum jentandi finem facimus, datur publicum ſignum poſterius. Sumit quisque libros, imus in aulam communem, recitantur de more catalogi ſingularum claſſium: qui adſunt, ad nomen reſpondent, ego quoque reſpondeo: abſentes notantur in catalogis ab ipſis Nomenclatoribus. Finita catalogorum recitatione, ludimagiſter pulpitum aſcendit, ut precetur, jubet nos attentos eſſe, tumque publice precatur; ubi precatus eſt, Recipite (inquit) vos in ſuum quiſque auditorium. Conveniunt omnes, ego item venio cum meis condiſcipulis. Sedeo in loco meo; Præceptor ingreditur, inquirit de abſentibus, deinde ſedet in cathedra ſua, & jubet pronunciari autoris ſcriptum. Pronunciamus terni clara voce, ut ſolemus quotidie. Tum jubet, ut reddamus interpretationem; aliquot ex rudioribus legunt ſinguli; nos alii reddimus terni, idque memoriter: præter eum, qui verba ipſa auctoris præit nobis ordine. Tandem Præceptor exigit vernaculam verborum ſignificationem: doctiores, quibus nominatim præcipit, reſpondent: ego quoque juſſus ab eo reſpondeo: laudat ille, qui bene reſponderint, quorum numero ego (quod ſine jactantia dictum ſit) unus eram. Poſtea jubet ſingulas orationis partes ordine tractari ad rationem grammaticam. Poſtremo palam

pra-

præscribit quid sit à prandio reddendum: audita hora octava, precationem imperat: qua finita, monetur officium sedulo faciamus: tandem nos missos facit. Eo spectante, eximus, ordine, & sine strepitu, lætique discedimus. Satisne tibi feci, Præceptor? Pæ. Imo cumulatissime. Ab. Placetne tibi, ut sub cœnæ tempus idem faciam de reliquis hujus diei actionibus. Pæ. Nihil opus erit: nam de iis, quæ horis pomeridianis aguntur, alias te audivi satis. Ab. Nunquid vis præterea? Pæ. Estne tempus eundi in aulam communem, ad Psalmorum cantionem? Ab. Tempus est. Pæ. Ite igitur.

COLLOQ. III.

Argumentum: *Pædagogus puerum in divinis rebus per otium instituit. Divinorum beneficiorum commemoratio.* Christi mors salus est omnium credentium. *Laudatur puevi studium ac diligentia. Locus ex Johannis Evangelio.*

Pædagogus, *Augustinus* puer.

Ades Augustine? Au. Adsum, Præceptor. Pæ. Quid agunt duo condiscipuli tui? Au. Adhuc docentur à subdoctore. Pæ. Tu vero jamne pronunciasti contextum prælectionis in crastinum mane? Au. Pronunciavi.–Pæ. Satisne recte? Au. Satis, gratia Deo. Pæ. Quis te audivit? Au. Ludimagister. Pæ. Bene habet: sed est quod monere te velim. Au. Ego istud audire percupio. Pæ. Sæpenumero cogitandum tibi est, quantum debeas bonorum omnium largitori Deo, qui & ingenium & memoriam tam felicem tibi dederit. Au. Quid illi non debeam, qui mihi dedit omnia? Pæ. Dic aliquot ejus beneficia præcipua, quemadmodum docui te aliquando. Au. Dedit mihi cœlestis ille pater corpus, animam, vitam, mentem bonam, parentes bonos, locupletes, nobiles, bene erga me affectos: & qui non modo suppeditant mihi copiose omnia ad hanc vitam necessaria: sed etiam (quod est longe maximum) me bonis literis bonisque mori-

Digitized by Google

moribus tam diligenter inſtituendum curant, ut nihil ſit prætérea requirendum. Pæ. Vere omnia iſta dixiſti: ſed unum prætermiſiſti, quod eſt ſingulare Dei beneficium. Scin' tu, quid ſit? Au. Sine me pauliſper cogitare. Pæ. Otioſe cogita. Au. Nunc ego reminiſcor: ſed pro magnitudine rei, neſcio quibus verbis id poſſim exprimere. Pæ. Dic tamen quo poteris modo. Au. Cogito etiam atque etiam. Pæ. Dic tandem. Au. Innumerabilia ſunt Dei optimi maximi erga me beneficia, in corpore, in animo, in externis rebus: ſed nullum majus nec dici nec cogitari poteſt, quam quod Filium ſuum unicum gratis mihi dederit, qui me miſerrimum peccatorem, & ſub Satanæ tyrannide captivum ac morti æternæ deſtinatum redemit, idque morte ſua omnium crudeliſſima, & maxime ignominioſa. Pæ. Satis apte dixiſti & totidem fere verbis quot alias te docueram. Sed nunquid Deus tibi uni hoc tantum beneficium præſtitit? Au. Minime vero. Pæ. Quibus præterea? Au. Omnibus, quotquot Evangelio fideliter ac vere crediderint. Pæ. Age, profer locum ex Johannis Evangelio in eam ſententiam. Au. Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret: ut omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Non enim miſit Deus Filium ſuum in mundum, ut condemnet mundum; ſed ut ſervetur mundus per eum. Qui credit in eum, non condemnatur: qui vero non credit, jam condemnatus eſt, quia non credit in nomen unigeniti Filii Dei. Hæc eſt autem. Pæ. Hactenus ſatis: ſed cujus ſunt verba iſta? Au. Ipſius Chriſti, de ſe ipſo loquentis. Pæ. Quem alloquitur? Au. Nicodemum, qui ad eum noctu venerat. Pæ. Faxit ipſe Chriſtus unicus Servator noſter, ut magis ipſius cognitione proficias. Au. Faciet, ſpero. Pæ. Perge igitur, ut cœpiſti alacriter, quod bene vertat Deus in gloriam ſui nominis. Au. Ita precor. Pæ. Eamus cœnatum.

Referri in hunc quoque locum potest octavum libri quinti colloquium.

COLLOQ. IV.

Argumentum: *Quidam puer ſtudere mavult quàm ludere* Exemplum in pueris rariſſimum.

Pædagogus, *Blaſius* puer.

Unde venis? Bl. Venio inferne. Pæ. Quod erat tibi negotium infra? Bl. Iveram redditum urinam. Pæ. Sede nunc ad menſam, & mane in cubiculo, donec rediero. Bl. Quid agam interea? Pæ. Ediſce prælectionem in diem craſtinum, ut eam mihi reddas ante cœnam. Bl. Jam edidici, Præceptor. Pæ. Lude igitur. Bl. Sed nullos habeo colluſores. Pæ. Satis multos invenies in hac vicinia, ex tuis etiam condiſcipulis. Bl. Nihil id curo; nunc malim (ſi tibi placet) ediſcere de Catechiſmo in diem Dominicum. Pæ. Ut libet. Bl. Si quis te quæret, quid illi dicam? Pæ. Dic, me prodiiſſe, ſed mox reverſurum.

COLLOQ. V.

Argumentum: *Quidam Pædagogus diſcipulum educit ambulatum.* Exercitatio corporis, *Socratis apophthegma.* Ambulatio fit propter comites jucundior. Exemplum honeſtæ remiſſionis in ſtudiis.

Pædagogus, *Benedictus* puer.

Heus! Benedicte. Be. Hem, Præceptor. Pæ. Pone libros: jam ſatis toto die ſtuduiſti: para te, ut eamus ambulatum. Be. Nonne à cœna præſtaret? Pæ. Salubrior eſt ante cibum exercitatio corporis. Be. Memini ex te audire. Pæ. Narra Socratis dictum in eam ſententiam. Be. Quum Socrates uſque ad veſperam contentius ambularet, interrogatus quare id faceret, reſpondit, ſe quo melius cœnaret, obſonare famem ambulando. Pæ. Probe meminiſti: quis auctor? Be. Cicero. Sed quo prodibimus Præceptor? Pæ. Extra urbem. Be. Muta bone calceos? Pæ. Muta, ne iſtos novos pulvere conſper-

ſpergas, ſume etiam umbellam, ne ſolis ardor infuſcet tibi faciem. Be. Jam paratus adſum. Pæ. Nunc ſanè prodeamus. Be. Vocabone ex vicinia unum aut alterum comitem? Pæ. Rectè admones: ſic enim jucundior erit deambulatiò, nam per viam ſermones inter vos conferetis, & in umbra colludetis alicubi. Be. Sic etiam excitabitur cibi appetentia. Pæ. Ego lento gradu præcedam: ubi nactus eris comites, vos me per portam Ripariam ſequimini. Be. Nos igitur illic exſpectabis? Pæ. Certo. Be. Quid ſi nullos invenero? Pæ. Nihilominus ſequere me, audiſti? Be. Audivi, Præceptor.

COLLOQ. VI.

Argumentum: *Nomenclator officium diligenter facit in requirendis abſentibus.*

Nomenclator, *Bernardus* puer.

Ubi eſt frater tuus? B. Modo ivit domum. N. Quid eò? B. Petitum nobis obſonium. N. Quid nunc vobis opus eſt obſonio? B. In merendam. N. Annon habetis in arca veſtra? B. Non. N. Quid ita non? B. Quia mater non ſolet nobis dare obſonium, niſi in præſens tempus. N. Nempe quia novit vos eſſe guloſos. B. Quomodo guloſi ſumus? N. Quid fortaſſe uno convictu devoratis, quod in tres datum fuerit. B. Tace, ego dicam fratri, te nos guloſos vocare. N. Tace, ego dicam Præceptori, fratrem tuum nihil aliud quàm diſcurrere. B. Atqui prodire non ſolet, niſi cum bona venia Præceptoris. N. Atqui Præceptorem fallit. B. Quomodo fallit eum? N. Non enim mens eſt præceptoris, ut ter quotidie prodeat. B. Sine illum venire; videbis quid tibi reſpondeat. N. Imo viderit, quid Præceptori reſpondeat.

COLLOQ. VII.

Argumentum: *Pueri à luſu revocantur.*

Nomenclator, *Claudius & Clemens*, pueri.

Heus pueri, heus, heus! Claud. Quid clamitas? N. Desistendum est à lusu. Claud. Eho, inepte, nondum quarta exacta est. N. Imo fere semihora post quartam. Clem. Cur non dedisti signum? N. Quia tintinnabuli funis fractus est. Cle. Clama iterum, sed attolle vocem. N. Heus pueri, recipite vos omnes. Festinate, festinate, inquam; urget Præceptor. Claud. Desine clamare: accurrunt omnes.

COLLOQ. VIII.

Argumentum: *De quodam rus profecto cum patre.*

Nomenclator, *Cornelius* puer.

Ubi est Petrus? C. Ivit foràs. N. Quo? C. Abiit rus. N. Quicum? C. Cum patre. N. Quis venerat accersitum? C. Patris famulus. N. Quando est in urbem rediturus? C. Hinc (ut dixit) ad octavum diem. N. A quo petivit abeundi veniam? C. Ab hypodidascalo. N. Cur non potius à ludimagistro? C. Ad negotia prodierat. N. Sat habeo.

Pertinet ad hunc locum & decimum libri quinti Colloquium.

COLLOQ. IX.

Argumentum: *Exemplum diligentiæ in agendis rebus.*

Daniel, *Observator* domesticus.

Licetne ire cubitum, Condiscipuli. Obs. Cur ante horam? Dan. Quia tertia est mihi surgendum. Obs. Quamobrem? Dan. Scribendi causa. Obs. Quid habes scribere? Dan. Literas ad patrem. Obs. Cur non petis à Præceptore veniam? Dan. Bene mones: estne in museolo? Obs. Puto esse; vise.

COLLOQ. X.

Argumentum: *Publica observatoris admonitio ad condiscipulos in*

in aula communi ſcholæ univerſæ, Admonitionis ſumma: ne pueri tempore abutantur. Extemporalis reſponſio cujusdam primæ claſſis.

Obſervator, Doletus.

Deſinite: o pueri, garrire abſente magiſtro,
Verba, quibus ſummus læditur ille Pater.
De ſtudiis potius tractate & rebus honeſtis:
Diſcite ſermones, aptaque verba loqui.
Diſcite & inter vos reddenda revolvere ſæpe:
Doctor enim pueris ſemper adeſſe nequit.
Diſcite ſectari veſtigia certa bonorum:
Otia vos fallant blanda cavete precor.
En ego præmoneo, vos ne delectet abuti
Tempore: ne tergum verbera dura premant.
Ecce iterum vobis morum prædico magiſter,
Si quis erit caſus, ne mihi det vitio.
Dol. *Deſine plura loqui: nemo parere recuſat:*
Eſt monitor nobis optimus ille Puer:
Illiusque Patris Natus, cui nomen Jeſus:
Et qui nos renovans Spiritus intus alit.
Obſ. *Quem mihi ſperaſſem tam reſpondere paratum?*
Quis puer Angelicos mittit ab ore ſonos?
O quam te memorem noſtræ doctiſſime claſſis?
Nam tibi divinum carmen ab ore fluit.
Non ſum tam felix, ut fundam ex tempore verſus:
Sed modo quæ dixi, præmeditatus eram.
Dol. *Si meditatus eras, qui nunc tam fundis aperte*
Caſtalios latices? quis furor iſte novus?
Obſ. *Nam tua me tantis moverunt carmina flammis;*
Ut mihi nunc videar poſſe movere feras.
Dol. *Sed cur immeritum tantis me laudibus effers?*
Eſt tribuenda uni gloria ſumma Deo.
Atque utinam eloquium nobis ſpatiumque daretur,
Et noſtra in laudes ſolveret ora ſuas.

Sed quia tempus adeſt, ut voce & mente precemur
Idque jubet doctor, deſino plura loqui.

COLLOQ. XI.

Argumentum: ***Obſervatoris diligentia in exigendâ à pueris oratione.*** **Bene ſibi conſcius ſecúro eſt animo. Omnis homo mendax.**

Obſervator, Deſiderius.

Unde venis, Deſideri? D. Domo. Obſ. Quid affers illinc? D. Merendam. Obſ. Quis tibi permiſerat exire? D. Præceptor ipſe. Obſ. Unde iſtud probabis? D. Adeamus illum, ut conſulamus. Obſ. At vide, quid agas. D. Hac in re nihil timeo. Obſ. Adeone ſecurus es? D. Qui verum dicit, nihil timere debet. Obſ. Vera quidem iſta eſt ſententia, ſed quotusquisque non mentitur? D. Certus ſum me nihil mentiri nunc. Obſ. Propemodum perſuades mihi. Abi, credo tibi: quia in mendacio nunquam te deprehendi. D. Eſt Deo gratia: quem precor, ut me integrum & purum cuſtodiat. Obſ. Utinam ex animo ſic omnes precarentur; recipe nunc te, ut edas merendam tuam.

COLLOQ. XII.

Argumentum: ***Faceta obſervatoris confabulatio cum puero verè candidi & ſimplicis ingenii.***

Obſervator, Ennius.

Tu nunquam ſtudes: quando eris doctus? En. Id fiet progreſſu temporis, Deo juvante. Obſ. Rectè dicis: ſed interim laborandum tibi eſt. En. Atqui ego non ſum arator. Obſ. Etiam rides? quaſi laborare idem ſit, quod arare. En. Scio, non idem eſſe. Obſ. Cur ergo ſic reſpondiſti? Nonne iſtud ridere eſt? En. Et ridere non eſt malum, quum ſit naturale omnibus hominibus. Obſ. Pergin' tu nugas dicere? En. Quod dixi verum eſt: & verum dicere non eſt nugari: cur me immerito reprehendis? Obſ. Jure te arguo. En. Quo jure? Obſ. Quia non igno-

ignoras ridere pro irridere uſitatum eſſe; & tamen ſic accepiſti, quaſi de riſu ſim loquutus. En. Si defendo cauſam meam, quid mali facio? Obſ. Pergis igitur eſſe pertinax? profectò ſerio notaberis. En. Ne quæſo, mihi iraſcaris, mi Martine. Obſ. Non iraſcor, ſed officium meum facio. En. Sed audi, quæſo. Obſ. Quid audiam? tuas nugas? En. Audi, inquam, nihil mentiar. Obſ. Dic breviter: eſt mihi alibi negotium. En. Inprimis, quum tu me admonuiſti, non eram otioſus. Obſ. Quid ergo? Si nihil faciebas, nonne otioſus eras? En. Non eram, pace tua dixerim. Obſ. Qui poteſt iſtud fieri: En. Dicam tibi: etſi tute melius hoc intelligis, quam ego. Nihil faciebam, ut apparebat? ſed tamen cogitabam aliquid boni. Obſ. Declara iſtud mihi. En. Quum tu facis verſus, ſæpe meditaris diu, quaſi ſis otioſus, quamvis nunquam ſis minus. Obſ. Pro iſta ætate nimis acutus es. Etiam ſi tibi (ut ais) otioſus non eras: tamen qui te viderent, poſſent aliter judicare. En. At ſolus eram. Obſ. Verum: ſed poterant aliqui intervenire. Denique non fateris culpam? En. Si qua fuit culpa, in eo fuit, quod primo aſpectu videbar tibi eſſe in otio, quum revera non eſſem. Obſ. In eo nihil requiro: ſed de irriſione quid reſpondes? En. Certe nihil dixi irridendi animo. Obſ. Quo igitur? En. Jocabar, crede mihi. Obſ. Quorſum? En. Ut paucis verbis fabulando aliquid ex te addiſcerem. Obſ. Non is ſum, à quo multa doceri quëas. En. Imò tecum multum boni ſæpe didici. Obſ. Quid tandem vis concludere? En. Ut mihi ignoſcas; quando (ut vides) malo animo nihil peccavi, quod equidem ſciam. Obſ. Age ignoſco: quia videris mihi candidus, & apertus; neque adhuc vidi te mendacem eſſe. En. Ago tibi gratias, Martine ſuaviſſime.

COLLOQ. XIII.

Argumentum: *Observator de minutis rebus interrogans, tentat deprehendere puerum quendam in mendacio.*

Observator, Puer.

Quid agis? P. Scribo. Obs. Quid scribis? P. Sententias. Obs. Quas? P. Ex novo Testamento. Obs. Bene facis: unde habuisti? P. Hypodidascalus dictavit nobis. Obs. Quando? P. Heri. Obs. Quota hora? P. Meridie. Obs. Ubi? P. In area. Obs. Qui aderant? P. Omnes domestici, præter primos & secundos. Obs. Ubi erant illi? P. In aula communi. Obs. Quid agebant? P. Disputabant. Obs. Vale & perge scribere.

COLLOQ. XIV.

Argumentum: *Hic nihil invenit Observator, quod noret.*

Observator, Pueri studentes.

Quid vos hic agitis, pueri? mihi videmini garrire, & nugas agere. *Quidam puer.* Longe falleris: nam repetimus una. Obs. Qua de re? P. De verbis anomalis, id quod reddendum est hora tertia. Obs. Bene facitis. P. Vis audire nostrum colloquium? Obs. Imo pergite: majus opus moveo: volo tendere laqueos picis & graculis. P. In area multos ad solem invenies. Obs. *Restibus est illic præda parata meis.*

COLLOQ. XV.

Argumentum: *Pueros in otio deprehensos non deterret observator, sed eos humaniter admonet.* Exemplum Observatoribus imitandum in causis levioribus, præsertim cum pueri non sunt contumaces.

Observator, Pueri garrientes.

At at! ecce, nunc estis capti: non fatemini? *Quidam puer.* Certe fatemur ingenue, sed non dicebamus mala verba: quæso te, mi Nicolae, ne velis notare nos. Obs. Quid garriebatis? audivi, nescio quid, de jentaculo.

P. Illud

Digitized by

P. Illud eſt, loquebamur de jentaculo matutino: quia famulus non dederat nobis in tempore. Obſ. Puto id fuiſſe: nec certe eſt valde magnum malum: niſi quod ſunt otioſa verba. P. Sed latine loquebamur. Obſ. Audivi, ſed non erat fabulandi locus. Nam (ut ſcitis) hoc puſillum temporis à merenda debet vobis eſſe valde pretioſum, quum ſit dicatum ſtudio: ſcilicet ut ſe diligenter quisque præparet ad reddenda magiſtris ea, quæ præſcripſerint: nonne verum dico? P. Certe verum dicis: nos debuiſſemus legere ſimul de teſtamento, quæ mox oportebit reddere: ſed ignoſce, precor, ſuaviſſime Nicolae, poſthac erimus prudentiores, & officium noſtrum diligenter faciemus. Obſ. Si ſic feceritis, præceptor vos amabit tanquam minuta ſua inteſtina. Nonne videtis, quemadmodum diligat bonos pueros & ſtudioſos? nec amat ſolum, ſed etiam laudat, & præmiolis afficit. P. Iſta ſcimus, & quotidie experimur. Obſ. Ergo mementote: & promiſſa facite. P. Tacebis igitur hanc culpam? Obſ. Tacebo. Sed ea lege, ut caveatis recidere. P. Cavebimus, Chriſto favente.

Poteſt huc etiam referri vigeſimum libri quinti Colloquium.

COLLOQ. XVI.

Argumentum: *Magiſter obſervatores publicos admonet de ipſorum officio.*

Præceptor, *Florentinus* famulus: Obſervatores.

Heus Florentine F. Hem, præſto ſum here. P. Accerſe mihi huc quinque publicos obſervatores, quos heſterno die in hunc menſem elegi, noſtin'? F. Optime: nam egomet aderam. P. Sunt (opinor) in ſuo quisque auditorio: Feſtina. F. Quam primum rediero. Obſ. Adſumus omnes, Præceptor: quid tibi placet imperare? P. Satis erat jubere, nec enim ſum imperator, nec magiſtratus.

Ego vos huc accerſendos juſſi, ut vos officii veſtri commonefacerem. Vos igitur attentis auribus atque animis audite. Non ignoratis quanto cum timore Domini heſterno die palàm in aula noſtra communi vos elegerim. Auſpicati ſumus à ſacris precibus: ſequuta eſt admonitio noſtra atque exhortatio ad omnem cœtum ſcholaſticum de timore Domini, deque moribus, qui deceant ſtudioſos in ſchola verſantes quotidie: deinde non ſine optimorum adoleſcentium teſtimonio, vos elegi quinque, quos ad hoc munus idoneos exiſtimavi: poſtremò ventum eſt ad ſecundam, cum gratiarum actione, precationem. Ne igitur putetis ludum fuiſſe aut jocum, actionem illam, in qua nomen Domini tam ſtudiosè fuerit invocatum. Ac licet apud imperitos aut arrogantes hoc munus & vile & abjectum videatur, vos tamen credite, cum honorificum tum ſanctum eſſe veſtrum iſtud miniſterium. Quod ſi aliter exiſtimabitis, fieri non poteſt, ut munere veſtro rectè fungamini. Itaque ego vos hortor quantum poſſum, & per Jeſum Chriſtum obteſtor, ut cum Dei timore atque reverentia diligentiam præſtetis in iis omnibus, quæ intelligetis ad officium veſtrum pertinere. A vobis igitur abſit omnis favor, odium, gratia, ſtudium vindicandi, & ſimilia, quæ transverſos reddunt homines, & ſincerum corrumpunt judicium. Ne timeatis improborum minas, qui puſilli animi adoleſcentes ab officio ſolent abſterrere. Quam enim habent in vos poteſtatem? potius eum timete, qui veſter eſt Dominus, qui vitæ ac necis poteſtatem habet. Illius (inquam) tanti principis timor vobis ob oculos ſemper obverſetur. Incurretis (ſcio) in aliquot improborum ac diſſolutorum odium: ſed pluris ſit vobis unius Patris veſtri cœleſtis amor & charitas, quàm omnes omnium hominum inimicitiæ. Eſtote ſem-

Digitized by Google

ſemper memores verbi illius, quo Servator noſter & ſummus Præceptor ſuos diſcipulos ad conſtantiam hortabatur. Si vos (inquit) odit mundus, ſcitote, quod me quoque prius odio habuerit. Vos igitur propter ipſum Chriſtum, omnes floccifacite nebulonum minas, offenſiones, inimicitias: dummodo gloriæ DEI poſſitis inſervire fideliter. Hæc ſunt, de quibus nunc pro temporis brevitate, vos admonendos eſſe exiſtimavi, præter illa, quæ vos in aula heſterno die audiviſtis. Primus Obſ. Maximas tibi gratias agimus, Præceptor humaniſſime, & Chriſtum precamur, ut ſua dona tibi ſemper adaugeat. A te verò vehementer petimus (ſi tibi moleſtum non eſt) perſcriptam des nobis hortationem tuam: quo illam inter nos quandoque relegentes, memoriæ tenacius infigamus. P. Id ego faciam primo quoque tempore; quandoquidem rem ſanè honeſtiſſimam poſtulatis. Primus Obſ. Optamus etiam à te (ſi placet) commentariolum ſcriptum habere de præcipuis officii noſtri capitibus, ut ſimus certiores, quid potiſſimum ſit nobis hac in re obſervandum. P. In ipſo tempore de hoc admones: & ſic ego jam pridem in animo hábebam: ſed me quotidie aliud ex alio impedivit. Dabo igitur ejusmodi commentariolum, quod videlicet contineat quicquid ad obſervatorum publicorum officia pertinebit. Id autem deſcribetis ex ipſo archetypo meo: quod ideo ſervare volo, ut cæteris quoque tradere poſſim futuris obſervatoribus. Nunc redite in ſuum quisque auditorium. Ob. Rectà imus, Præceptor.

COLLOQ. XVII.

Argumentum: *Admonitus ludimagiſter de claſſe doctore vacua ſtatim providet.*

Fridericus famulus, *Præceptor.*

Præceptor, nemo eſt, qui doceat in ſexta claſſe.

P. Quid

P. Quid hoc rei eſt? Ubi eſt magiſter Philippus. Fr. Morbo detinetur in lecto. P. Qui ſcis? Fr. Nuntiavit quidam ex diſcipulis ejus domeſticis. P. Dic hypodidaſcalo meo. Fr. Non eſt in muſeolo ſuo. P. Qui ſcis? Fr. Nam ego ter aut quater pulſavi oſtiolum. P. Dic primæ claſſis doctori, ut mittat e ſuis aliquem. Fr. Quid ſi nolit mittere? P. Abi inepte: an putas eum eſſe tam impudentem, ut recuſet? abi, propera.

COLLOQ. XVIII.

Argumentum: *Duo aut tres ex domeſticis diſcipulis Præceptorem mane ſalutatum veniunt, ut ſciat, an omnes ſurrexerint. Admonitio præceptoris.* Exemplum diligentiæ obſervatu dignum.

Franciſcus, unus diſcipulorum.
Præceptor.

Salve Præceptor. P. Salus per Jeſum Chriſtum. An ſurrexerunt omnes? F. Omnes, præter parvulos. P. Num quis ægrotat? F. Nemo, gratia Deo. P. Quid agitur? F. Alii ſe induunt: alii jam ſtudent naviter. P. Adeſtne vobis hypodidaſcalus? F. jam dudum. P. Ite igitur precatum: voſque diligenter commendate Domino Deo per Jeſum Chriſtum deprecatorem noſtrum: deinde pergite in ſtudiis veſtris, usque ad horam jentaculi. F. Ita ſolemus, præceptor. P. Credo equidem: ſed quia fere ſomniculoſi eſtis ac negligentes, idcirco ego vos admoneo ſæpius. F. Gratiam habemus, Præceptor humaniſſime. Numquid vis præterea? P. Dic famulo, ut mihi togam adferat.

COLLOQ. XIX.

Argumentum: *Interrogatus quidam de concione ſacra, nihil ſcit reſpondere: Objurgatur a Præceptore. Parum abeſt, quin vapulet: ſed precibus exorat veniam.*

Præceptor, Georgius.

Adfuiſtine hodie concioni ſacræ? G. Adfui. P. Qui ſunt

ſunt teſtes? G. Multi ex condiſcipulis, qui me viderunt, teſtari poſſunt. P. Sed producēndi erunt aliquot. G. Producam, quum jubebis: P. Quis habuit concionem? G. Dom. N. P. Quota hora incepit? G. Sèptima. P. Unde ſumſit thema? G. Ex epiſt. Pauli ad Romanos. P. Quotò capite? G. Octavo. P. Adhuc bene reſpondiſti: nunc videamus, quid ſequatur. Ecquid memoriæ mandaſti? G. Nihil, quod referre poſſim. P. Nihilne? cogita pauliſper: & vide, ne turberis: quin eſto animo bono. G. Certè Præceptor, nihil poſſum reminiſci. P. Ne verbum quidem? G. Nihil prorſus. P. Hem, verbero! quid igitur profeciſti? G. Neſcio, niſi quia fortaſſe interim à malis abſtinui. P. Iſtud quidem eſt aliquid: ſi modo fieri potuit, ut malo omnino abſtinueris. G. Abſtinui, quoad potui. P. Fac ita eſſe! non tamen ſatisfeciſti Deo, quum ſcriptum ſit: Declina à malo, & fac bonum. Sed dic mihi (quæſo) qua gratia illuc iveras potiſſimum: G. Ut aliquid addiſcerem. P. Cur id non feciſti? G. Non potui. P. Non potuiſti nebulo? imo noluiſti, aut certe non curaſti. G. Cogor fateri. P. Quæ res te cogit? G. Conſcientia mea, quæ me accuſat apud Deum. P. Recte dicis: utinam ex animo. G. Equidem ex animo dico. P. Fieri poteſt: ſed agè, quid fuit cauſæ, quamobrem nihil memoriæ mandaveris? G. Negligentia mea: non enim diligenter audiebam. P. Quid igitur faciebas? G. Identidem dormiebam. P. Ita ſoles: ſed quid agebas reliquo tempore? G. Cogitabam mille ineptias, ut ſolent pueri. P. An tu adeo puer es, ut non debeas attentus eſſe ad verbum Dei audiendum? G. Si attentus eſſem, poſſem aliquid proficere. P. Quid igitur meruiſti? G. Verbera. P. Meruiſti profecto, idque largiſſime. G. Ingenue confiteor. P. Verbotenus, opinor. G. Imo certe ex animo. P. Fortaſſe? ſed interim para te ad plagas accipiendas. G. Ah, Præceptor, ignoſce, obſecro, peccavi, fateor, ſed nulla ex malitia,

litia. P. Atqui tam ſupina iſta negligentia proximè ad malitiam accedit. G. Non equidem inficior: ſed tuam imploro clementiam per Chriſtum Jeſum. P. Quid igitur facies, ſi tibi ignovero? G. Faciam poſthac officium meum, ut ſpero. P. Addendum erat, Deo juvante: ſed id parum curas. G. Imo Præceptor, adjuvante Deo, præſtabo poſthac officium. P. Age, condono culpam tuis lacrymis, tibique ea lege ignoſco, ut promiſſi memineris. G. Gratias ago, Præceptor humaniſſime. P. Eris apud me in maxima gratia, ſi promiſſa ſervaveris. G. Faxit Deus optimus maximus, ut poſſim. P. Faxit precor.

COLLOQ. XX.

Argumentum: *Nimio ſomno deditus puer reprehenditur de veniendi in gymnaſium tarditate. Mendacio & cauſa frivola purgare ſe conatur. Illi, ut verum fateatur, promittitur impunitas. Pœnarum metu poſt aliquot tergiverſationes, rem omnem confitetur: diligentiam promittit in poſterum. Docetur qua illam ratione præſtare queat. Multis verbis ad mutandos mores humaniſſimè commonetur. Ex pœnitentiæ ſigno, quod præ ſe fert, bonam ſpem promittit.* Exemplum in ſomniculoſos.

Præceptor, Gerardus.

Heus, Gerarde, ſequere me in cubiculum, eſt quod ego te ſeorſim monere velim. G. Adſum Præceptor. P. Nunquam-ne maturè in ſcholam venies? G. Non poſſum venire citius. P. Semper iſtud dicis: quid impedit? G. Nemo eſt domi noſtræ, qui me expergefacit. P. Nemo? G. Prorſus nemo. P. Non habetis ancillam? G. Habemus quidem: ſed non curat me excitare. P. Imo tu (ut opinor) non curas ſurgere. Nonne verum dico? quid taces? reſponde nunc tandem aliquid. G. Me miſerum! quid agam? P. Nihil eſt quod terrearis: fatere verum. G. Quid ſi confeſſus ero? P. Ego tibi ignoſcam: crede mihi. G. Ah pudet. P. Ne pudeat verum fateri quæſo: alioqui vapulabis. Pergin' tacere? Heus obſervator,

vator, vile ad matrem ejus & roga. G. Ne mittas, oro, Præceptor: dicam tibi rem omnem: nihil reticebo. P. Age, esto animo bono. G. Sic est, profectò, ut dixisti. P. Non satis istud est, volo audire sigillatim omnia. Narra mihi planè, quemadmodum sese tota res habeat. G. Quum venit ancilla me excitatum, primum nihil respondeo, quasi seriò dormiam: deinde, si magis urgeat, attollo ægrè caput: Sedeo in lecto: thoracem injicio humeris, quasi statim surrecturus. P. Quam pulchrè narras! ita me DEUS amet, nunc te magis amo quam unquam feci, perge. G. Quum primum egressa est ancilla cubiculum, tum ego reclino caput in pulvinum, ac demitto pedes. P. Etiamne redormis? G. Ego verò redormio bene placidèque. P. Quamdiu? G. Donec ancilla secundo veniat. P. Quum rediit, quid tibi dicit? G. Exclamat, vociferatur, insanit. P. Quibus utitur verbis? G. Hem nebulo (inquit) quando eris in schola? ego dicam præceptori tuo, ut te bene verberet: tu nunquam vis surgere, nisi bis aut ter excitatus fueris. P. Bona fide promittis facturum te posthac officium? G. Si unquam recidero, causam non dico, quin palàm cædar virgis, idque acerbissimè. P. Belle quidem promittis: sed quomodo præstabis promissa? G. Adjuvante Domino Deo. P. Qua ratione flectes illum? G. Fide, & assiduis precibus. P. Alioqui nihil posses obtinere. G. Credo equidem. P. Non satis est credere, nisi cures efficere diligenter. G. Curabo pro viribus, ac dies noctesque id unum meditabor. P. Optimè loqueris; dum tamen memor esse pergas. G. Quomodo possem oblivisci? nunquam desinunt istud monere concionatores: tu verò ferè quotidie ad id nos hortaris: & bene facis Præceptor, quia omnes sumus valde negligentes: sed ego primus omnium. P. Da igitur operam, ut tu omnium primus mores istos mutes:

at

at memento præcipue ſemper verax eſſe. G. Faxit Deus, ut nunquam mentiar. P. O quam felix eſſes? G. Satis in præſentia felix ero, ſi tantum me abſolveris. P. Faciam, quod tibi ſum pollicitus: ſed ea lege, ut promiſſi tui memineris, & re ipſa præſtes, quemadmodum nunc mihi recepiſti. G. Quid igitur reſtat, quo minus abeam libet? P. Imo aliquid reſtat: mane, & audi etiam nunc. G. Quamdiu voles, Præceptor. P. Inter cætera excutias oportet iſtam pigritiam, quæ te in lecto detinere ſolet; non enim decet ſtudioſum adoleſcentem, ſomniculoſum & inertem eſſe, ſed alacrem & experrectum, cujusmodi vides aliquos ex condiſcipulis tuis. Non tenes memoria divinum Petri Apoſtoli præceptum? G. Quod illud eſt? P. Sobrii (inquit) eſtote, & vigilate. G. O quoties audieram! ſed (proh dolor) nunquam uſurpavi. P. Fac ut ſtudioſe uſurpes in poſterum: neque illud ſolum, ſed etiam cætera bene vivendi præcepta, quæ toties audiviſti. Quod quidem, ſi diligenter feceris, tibi inprimis bene conſules: jucundus eris parentibus, & mihi, & condiſcipulis tuis: denique (id quod eſt præcipuum) carus eris Deo, qui ſtudia tua in gloriam ſui nominis magis in dies promovebit. G. O quantum fructum ſentio ex iſta admonitione tua! P. Vehementer ſane gaudeo, & tua & condiſcipulorum cauſa. G. Quid ſi narres illis meam pœnitentiam? P. Ego vero narrabo primo quoque tempore: ut exemplo tuo diſcant, nihil eſſe acceptius Deo quam culpam agnoſcere, & ad frugem bonam redire. Vale, fili, & adeſto hora tertia in auditorio. G. Ago tibi gratias ingentes, amantiſſime Præceptor.

COLLOQ. XXI.

Argumentum: *Stulte interrogatur magiſter à quodam diſcipulo de eo, quod palam dictum eſt.* Exemplum eſt puerilis imprudentiæ, ut diſcant pueri ad verba doctoris attentiores eſſe.

Georgius, Præceptor.

Præceptor, quid reddemus cras mane? P. Hodie mane palàm

Digitized by Google

palàm dixi ante ſcholæ miſſionem. G. At ego non aderam, Præceptor. P. Roga igitur condiſcipulos: nam ſi vellent ſinguli me interrogare de rebus à me palàm dictis, quæſo, quando finis eſſet? Itaque fac ſis poſthac prudentior. G. Curabo pro viribus. P. Sed tu ubi eras? G. Prodieram. P. Quid prodieras? G. Ut curarem negotium aliquod, de quo pater ad me ſcripſerat. P. A quo petiiſti veniam? G. Ab hypodidaſcalo. P. Cur non à me potius? G. Quia eras occupàtus. P. Quid agebam? G. Alloquebaris in area quosdam viros honoratos, qui te conventum venerant. P. Abi, nunc recordor.

COLLOQ. XXII.

Argumentum: *Præmium victoriæ cauſa petunt pueri: datur à Magiſtro, ſed non ſine admonitione.* Obligatur quis ex promiſſo. Solus Deus ſucceſſum dat ſtudiis. Sine Deo omnia vana.

Henricus, Præceptor, Hadrianus.
Nomenclator.

Præceptor visne dare præmiolum? P. Quamobrem? Henr. Victoriæ cauſa. P. Ubi ſunt compares tui? Henr. Adſunt, Hugo & Audax. P. Heus, nomenclator, ſuntne hi victores hac hebdomade? Hadr. Habent notas omnium pauciſſimas. P. Ergo ſunt victores: quid aliud ex te quæro? Vos igitur quod præmium petitis? Henr. Quod tibi placuerit. P. Quo tandem jure debeo? Henr. Ex promiſſo. P. Æquum dicitis. Quicquid enim recte promiſſum eſt, præſtari debet. Henr. Sic ex te didicimus. P. Ecce, vobis pennæ ſingulæ ad ſcribendum: ac, ne putetis vulgares eſſe, ex earum ſunt genere, quæ vulgo Hollandicæ appellantur. Henr. Gratias agimus, Præceptor. P. Quin potius agite Deo, omnium bonorum auctori, qui dat ſtudiis veſtris ſucceſſus proſperos: vos autem in literarum ſtudio pergite diligenter. Henr. Dabimus operam, quantum juvabit ille Pater optimus. P. Sine ejus ope vana ſunt noſtra omnia.

COLLOQ. XXIII.

Argumentum: *Hugo à Præceptore petens mutuo pecuniam mittitur ad Hypodidaſcalum.*

Hugo, Præceptor.

Præceptor, visne mihi mutuo dare aliquantum pecuniæ? P. Quid opus eſt tibi pecunia? H. Ut Sylvio ſatisfaciam. P. Quantum debes illi? H. Bacum cum dimidio. P. Quo nomine? H. Quia ſcripſit mihi aliquot colloquia. P. Oſtende. H. Vide, ſi placet. P. Adi hypodidaſcalum: dic, ut det, quantum petis. H. Gratias ago, Præceptor. P. Non eſt, quod agas: ſed refer in codicem tuum. H. Quin jam retuli. P. Factum bene: oſtende ipſi hypodidaſcalo.

COLLOQ. XXIV.

Argumentum: *A Præceptore chartam petens, ad ejus famulum mittitur.*

Jacobus, Præceptor.

Præceptor, non reſtat mihi charta ad ſcribendum: visne dare codicem? P. Quem in uſum. Jac. Partim ad colloquia, partim ad exemplaria. P. Retuliſti in codicem tuum? Jac. Retuli. P. Oſtende. Jac. Ecce tibi, Præceptor. P. Quid iſtud retuliſti octodecim: vis ergo de majore? Jac. Si tibi placet. P. Pete a famulo: ac ne dubitet, oſtende illi tuum codicem, ut idem in ſuum referat. Jac. Audio. P. Audi item, cave abutaris charta: ne tibi pater graviter ſuccenſeat. Jac. Faxit Deus, ut bene utar.

COLLOQ. XXV.

Argumentum: *Duo fratres, iturі domum, monentur à Præceptore de teſtimonio adferendo, aut teſte adducendo.*

Jodocus, Præceptor.

Licetne mihi exire una cum fratre? P. Quid cauſæ eſt? Jo. Ut mater emat nobis calceos: deinde ut tonſorem adeamus. P. Quid eo? Jo. Refectum capillos. P. Quid nunc opus eſt? Jo. Ut cras (ſi Dominus permiſerit) invi-

Digitized by Google

inviſamus patruum. P. Ite & mature redite ad ſtudium. Sed heus, pueri, adferte mihi a matre teſtimonium in craſtinum diem, aut teſtem adducite. Jo. Deo juvante, id curabo diligenter. Nunquid vis, Præceptor? P. Ut meis verbis matrem officioſe ſalutetis.

COLLOQ. XXVI.

Argumentum: *Puer in villam a patre ablegandus erat veniam & teſtimonium ſe allaturum promittit.*

Iſaacus, Præceptor.

Præceptor. P. Quid vis? Iſ. Licetne mihi ire domum? P. Cur ante horam? Iſ. Pater juſſit, ut nunc abirem. P. Quid eget opera tua? Iſ. Vult me in villam mittere. P. Quid eo? Iſ. Petitum uvas, & eadem opera nuntiatum aliquid villico noſtro. P. Quid ſi me fallis? Iſ. Adferam teſtimonium, ut ſoleo. P. Quando redibis? Iſ. Hora prima, ut ſpero. P. Quî tam cito? Iſ. Villa noſtra non longe hinc eſt. P. Ito ſane.

COLLOQ. XXVII.

Argumentum: *Puer ſuam patri in ſcribendo navaturus operam à Præceptore petit veniam, & jubetur poſtero die afferre teſtimonium.*

Lambertus, Præceptor.

Licetne abeſſe hora ſecunda? P. Quid habes negotii? L. Pater eget opera mea. P. Qua in re? L. Ut ei aliquid ſcribam. P. Sed interim non reddes, quæ præſcripta ſunt vobis? L. Jam edidici. P. Factum bene. L. Placetne tibi audire me? P. Cras audiam, quum licebit per otium. L. Permittisne igitur, ut abſim, Præceptor? P. Age permitto: ſed ita, ut craſtino die ſcriptum adferas teſtimonium: ſed ita ut craſtino die ſcriptum adferas teſtimonium. L. Ego ſemper tibi adfero aut à patre ſcriptum, aut a noſtro famulo, patris nomine. P. Recte facit pater. Sunt enim multi, qui me paſcunt mendaciis. Nunc abi, & patri dic ſalutem verbis meis. L. Faciam, Præceptor.

COLLOQ. XXVIII.

Argumentum: *Iturus ad patrem in cauponam.*

Leonhardus, Præceptor.

Præceptor, accerſor à patre. P. Ubi is eſt? L. In diverſorio. P. Quando venit? L. Advenit modo. P. Quis tibi tam cito nuntiavit? L. Miſit ad me famulum. P. Ubi eſt? L. Præ foribus me exſpectat. P. Cur illum non intromiſiſti? L. Noluit intrare. P. Quid ita? L. Quia (ut ait) feſtinatione urgetur. P. Voca illum, ut paucis conveniam, deinde abi: ſed cura quam primum huc adſis. L. Eo vocatum.

COLLOQ. XXIX.

Argumentum: *Lucius ſcribendi cauſa iturus ad tutorem, veniam impetrat, ſed prius diligenter interrogatus.*

Lucius, Præceptor.

Licet mihi Præceptor, adire tutorem? P. Quæ te cauſa movet? L. Juſſerat ille, ut ſe hodie convenirem, ſi liceret per otium. P. Quando juſſerat? L. Nudius tertius. P. Ubi illum vidiſti? L. In area, quæ eſt e regione templi. P. At vide, ne mentiaris. L. A me abſit mendacium. Si vis dabo teſtes ex condiſcipulis, qui mecum aderant. P. Qui ſunt illi? L. Daniel & Corberius: visne ut eos accerſam? P. Mane: ego illos conveniam. Sed dic quid eget tutor opera tua? L. Ad aliquid deſcribendum. P. Qua igitur hora vis illum adire? L. Nunc, ſi tibi placet. P. Quando huc redibis? L. Quam primum me dimiſerit. P. Nunc abi, atque illi ex me dic ſalutem plurimam. L. Faciam libenter.

COLLOQ. XXX.

Argumentum: *Iturі ad nuptias, pridie veniam petunt, ut domi veſtimenta mutent: Admonentur paucis à Præceptore.*

Marcus, Præceptor.

Licetne, Præceptor, ut ego & patruelis eamus domum? P. Quid eo? M. Ad nuptias conſobrinæ. P. Quando ſunt nuptiæ? M. Craſtino die. P. Cur tam cito vultis ire?

Digitized by Google

ire? M. Ut mutemus veſtimenta. P. Per me licet, eatis» hac tamen lege, ut cras huc redeatis cubitum. M. Quid ſi volet patruus, ut exſpectemus repotia? P. Non detinebit vos, ſatis ſcio, dummodo dicatis ei, qua lege dimiſerim. M. Verum fatebimur. P. Abite, & ab omni cavete intemperantia: faciteque, ut luceat lux veſtra coram omnibus, unde glorificetur noſter ille cœleſtis Pater. M. Ita quidem ſperamus fore, ipſo nos in omnibus adjuvante.

COLLOQ. XXXI.

Argumentum: *Iturus ad forum. Proverbium de pane.*

Martinus, Præceptor.

Licetne exire, Præceptor? P. Quæ tibi eſt exeundi cauſa? M. Ut quæram in foro aliquem ex noſtratibus. P. Quid iſtud opus eſt? M. Mandare illi volo, ut meos admoneat de pane mihi aut adferendo, aut mittendo. P. Ubi panis deficit, omnia ſunt illic venalia. M. Iſtud vulgatum eſt apud nos proverbium. P. Imo ubique pervulgatum: adeo panis mortalium vitæ eſt neceſſarius. Sed ad rem: tu nunc prodire vis? M. Si tibi placet, Præceptor: ne mei negotii occaſionem amittam. P. Abi, & feſtina ante prandium redire. M. Dabo equidem operam.

COLLOQ. XXXII.

Argumentum: *Michael ad forum iturus paucis interrogatur à Præceptore.*

Michael, Præceptor.

Præceptor, licetne mihi prodire? P. Quæ tibi eſt prodeundi cauſa? M. Eſt mihi eundum ad forum. P. Quid eo? M. Ut emam corium. P. In quem uſum? M. Ad calceorum ſoleas. P. Quis te adjuvabit in emtione? M. Quidam oppidanus, cui hoc mandavit pater meus. P. Debueras adire me cum cæteris, qui ad forum prodierunt. M. Occupatus eram. P. Qua in re? M. In ſcribendis ad patrem literis. P. Quando eas dabis? M. Hodie, ſi

quem in foro noſtratem offendero. P. Abi, & memineris ad horam ſolitam adeſſe. M. Meminero.

COLLOQ. XXXIII.

Argumentum: *Nicolaus & frater panem petitum ituri, diligenter à Præceptore, ne fallant eum, interrogantur.* Exemplum notandum ad idem quod ſuperius.

Nicolaus, Præceptor, Nicomachus & Noæus, pueri.

N. Præceptor, licetne cras ire domum? P. Quid eo? N. Petitum panem. P. Non tibi reſtat? N. Reſtat quidem, ſed parum admodum. P. Quid frater? eſtne tecum iturus? N. Juſſit pater. P. Quando conveniſti illum? N. Die Jovis, quum veniſſet in hanc urbem. P. Ubi illum vidiſti? N. Apud forum. P. Non mentiris? N. Non mentior. P. Unde probabis? N. Sunt ex condiſcipulis, qui aderant. P. Qui tandem? N. Adſunt Nicomachus & Noæus. P. Eſtne verum pueri? Pu. Omnino verum. P. Qui ſcitis? Pu. Vidimus ejus patrem, & audivimus ipſa verba. P. Si ita eſt, permitto, ut eas domum cum fratre. N. Vale, Præceptor. P. Vos ſervet Dominus Deus. N. Idem tibi precamur ex animo. P. Sed heus, quando huc aderitis? N. Craſtino die veſperi, Deo juvante. P. Cura ut promiſſi memineris. N. Curabo. P. Scilicet, ut ſoles. N. Imo melius ſpero. Nunquid vis? P. Ut verbis meis ſalutem dicas parentibus. N. Faciam libenter: iterum vale, Præceptor. P. Vos quoque valete: & lento gradu ambulate propter æſtum ſolis. N. Ita facere ſolemus.

COLLOQ. XXXIV.

Argumentum: *Emturus cultellos admonetur, ut ſibi imponi caveat.* Deus cultores ſuos juvat.

Obertus, Præceptor.

Præceptor, licetne prodire? P. Quamobrem? O. Ut emam cultellos menſarios. P. Ubi ſunt quos habebas? O. Reliqui domi. P. Quid ita? O. Quia jam obtuſi erant

&

Digitized by Google

& inutiles. P. Habesne pecuniam ad emendos alios? O. Mater dedit mihi. P. Quis erit adjutor ad emendum? O. Gerardus. P. Ite sane: & cavete, ne vobis imponatur. O. Cavebimus, Deo juvante. P. Omnes quidem juvat, sed eos potissimum, qui ad ejus honorem omnia referunt.

COLLOQ. XXXV.

Argumentum: *Orontius sartorem aditurus.*

Orontius, Præceptor.

Licetne exire? P. Quo? O. Ad sartorem. P. Quid eo? O. Ut mihi tunicam faciendam metiatur. P. Quæ tibi est materia? O. Niger pannus. P. Ubi est? O. In arca mea. P. Sartor autem quis tibi est? O. Petrus Silvius. P. Estne peritus artifex? O. Sic audivi: & est notus patri meo, qui jussit, ut illum adirem. P. Ubi habitat? O. In vico Xenodochii. P. Non nimis longe est, cave discurras. O. Cavebo. P. Facile a me veniam impetrant, qui nunquam fallunt. O. Avertat Deus, ut unquam fallam.

COLLOQ. XXXVI.

Argumentum: *Iturus ad sartorem.*

Orestus, Præceptor.

Præceptor, licetne prodire? P. Quo prodire cupis? O. Ad sartorem. P. Quid eo? O. Petitum femoralia. P. Jamne facta sunt? O. Sunt, opinor. P. Recte (opinor) dicis: quia res incerta est. O. Atqui promiserat mihi in hunc diem. P. Quid si fallat? O. Nihil mirum fuerit. P. Nunc quoque vere loquutus es: nam raro ad promissum tempus fidem præstant artifices. O. Viso tamen, Præceptor, si mihi permittis. P. Nihil impedio. O. Nunquid vis, Præceptor? P. Imo, ut properes, ne desis prælectioni. O. Bene mones: abeo.

COLLOQ. XXXVII.

Argumentum: *Paulus ad sartorem iturus & eadem opera ad sonsorem.*

Paulus, Præceptor.

Licetne prodire, Præceptor? P. Quo? Paul. Primum ad ſartorem deinde ad tonſorem. P. Cur ad ſartorem? Paul. Ut curem tibialia reficienda. P. Suntne lacerata? Paul. Adeo lacerata, ut vix induere poſſim. P. Cur ad tonſorem? Paul. Ut illi oſtendam ulcus, quod mihi his diebus ſubortum eſt in femore. P. Detege, ut videam. Paul. Vide, quando ita placet. P. Eſt furunculus. Paul. Ita conjiciebam. P. Quum aperueris tonſori, roga illum, ut emplaſtrum ulceri, aptum adhibeat. Paul. Faciam, quod ſuades. P. Sed numquis eſt, qui tecum prodire velit? Paul. Imo Joannes Fluvianus? P. Quod habet negotium. Paul. Tonſorem quoque vult adire. P. Ite igitur una, & redite ſimiliter. Paul. Numquid vis præterea? P. Ut maturetis reditum, ne merenda veſtra multemini.

COLLOQ. XXXVIII.

Argumentum: *Petrus de variis negotiis obeundis veniam petit.*

Petrus, Præceptor.

Præceptor, licetne mihi exire? Pr. Quo tibi eundum eſt? Pet. Ad tonſorem. Pr. Non eſt tibi alieud negotium? Pet. A tonſore volo ire emtum ligulas, illinc me ad ſutorem conferre. Pr. Cur ad ſutorem? Pet. Ut uni ex calceis meis annectat corrigiam. Pr. Iſta omnia quando confeceris? Pet. Intra horæ ſpatium, ut ſpero. Pr. Erunt multi fortaſſe in tonſtrina exſpectantes. Pet. Fieri poteſt: ſed, ſi videro, diutius mihi morandum illic eſſe, exſpectabo in diem Sabbathi. Pr. Eſtne alius, qui prodire velit? Pet. Pontanus ait, ſe velle calamum emere. Pr. Sciſne illi opus eſſe? P. Scio. Pr. Ite igitur una: curate diligenter ſuum uterque negotium, nec ſitis ceſſatores. Pet. Deo juvante, cavebimus.

COLLOQ. XXXIX.

Argumentum: *De ſubinbaua deambulatione. Prætorius & Quintius veniam impetrant eundi ambulatum, ut cæteris lu-*

den-

denibus, liberius & jucundius colloquamur. Dei laudandi argumentum cultoribus ejus nunquam deeſt.

Prætorius, Præceptor, Quintinus.

Præceptor, licetne pauca? P. Loquere. Pr. Nos duo proponebamus, ſi tibi ita videretur, ire, dum cæteri ludunt, foras ambulatum. P. Quo vultis exire? Pr. In proxima ſuburbana. P. Quid autem agetis ambulantes? Pr. Tractabimus colloquium aliquod. P. Sed de bonis & honeſtis rebus. Pr. Hæc temporis ſerenitas & tam pulchra terræ facies præbebunt nobis honeſtum aliquod argumentum. P. Nunquam deeſt Dei laudandi materia, duntaxat veris ejus cultoribus. Pr. Nunquam profecto: ſed ut ad propoſitum revertamur, permittis nobis, Præceptor, extra urbem prodire? P. Niſi mihi perſpecta eſſet veſtra perpetua fidelitas, & verus amor literarum, nunquam permitterem: præſertim, quum pravi adoleſcentes me ſæpe in hoc genere fefellerint. Vos igitur prodite: deinde mature ad cœnam revertimini.

COLLOQ. XL.

Argumentum: *Robertus multorum nomine veniam petit prodeundi ad mercatum.*

Robertus, Præceptor.

Præceptor, licetne nobis prodire? P. Eſtiſne multi qui prodire vultis? R. Ferme omnes. P. Quid hoc ſibi vult? R. Eſt hodie mercatus, inde fit, ut fere ſibi quisque velit aliquid emere. P. Nunc ego ſum occupatior, quam ut ſingulorum prodeundi cauſam poſſim cognoſcere: adite igitur ſubdoctorem, qui cognoſcat, & ſi vacat, vos deducat ipſe. R. Gratias agimus, Præceptor humaniſſime.

COLLOQ. XLI.

Argumentum: *Iturus domum ob levem cauſam, non impetrat, adeoque objurgatur.* Exemplum obſervatu dignum, ne pueris curſitare temere permittatur.

Rudolphus, Præceptor.

Licetne prodire? Pr. Quo? R. Domum. Pr. Hem, tam ſæpe itare domum. R. Mater juſſerat, ut ego & frater ſe adiremus hodie. Pr. Cujus rei gratia? R. Ut ancilla veſtimenta nobis excuteret. Pr. Quid iſtud? ſuntne vobis pediculi. R. Et multi quidem. Pr. Cur uxorem meam non admonuiſtis? R. Non auſi ſumus. Pr. Quaſi vero illa ſit uſque adeo difficilis. Ancillam habet, ea potiſſimum gratia, ut veſtrum omnium curet munditiem: nec vos ignoratis illud, ſed gaudetis matris inviſendæ occaſionem vobis dari. Vos igitur manete: cras ego curabo, ut vobis excutiantur veſtes. R. Sed mater nos objurgabit. Pr. Egomet eam placabo, quieſcite.

COLLOQ. XLII.

Argumentum: *Quidam prodire volentes objurgantur, & in poſterum diem rejiciuntur.*

Rueus, Præceptor.

Præceptor, licetne nobis ire ad tonſorem? Pr. Quid eo? R. Ut capillum tondeamus. Pr. Libenter quotidie exiretis ſexies: quin exſpectatis in craſtinum diem, ut eatis una cum cæteris. R. Atqui propter forum turba erit in tonſtrina. Pr. Quid tum, ſatis habebitis otii ad exſpectandum: Recipite vos ad ſtudium. R. Ut libet, Præceptor.

COLLOQ. XLIII.

Argumentum: *Sebaſtianus jubetur ſcribere ad patrem cujusdam pueri de remittendo ad ſcholam filio.*

Præceptor, Sebaſtianus.

Hodie igitur Petrum conveniſti? S. Hodie. Pr. Ubi? S. In templo. Pr. Quota hora? S. Octava matutina. Pr. Nunquid rogaſti, quando ſit repetiturus ſcholam? S. Rogavi. Pr. Quid ille? S. Neſcio, inquit. Pr. Debuiſti illum ad reditum exhortari? S. Id ego feci, & multis quidem verbis. Pr. Benefeciſti: ſed quid ille reſpondit? S. Se adhuc

huc a patre detineri ad fructus colligendos. Pr. Quid si ad ipsum patrem scribas de statu nostro scholastico? fortasse enim movebitur, ut filium citius remittat. S. Si tibi ita videtur, faciam, idque diligenter. Pr. Facigitur primo quoque tempore: sed audi, scribe plenissime: deinde literas tuas mihi ostende, priusquam des perferendas. S. Sedulo faciam, Præceptor.

COLLOQ. XLIV.

Argumentum: *Stephanus a negotio reversus, Præceptori, ut moris erat, se sistit.*

Stephanus, Præceptor.

Præceptor, tuo permissu hora prima prodieram: nunc redeo. Pr. Curasti negotium tuum? S. Curavi, gratia Deo. Pr. Factum bene, quota est hora? S. Instat secunda. Pr. Voca mihi famulum: deinde ito ad merendam cum cæteris.

COLLOQ. XLV.

Argumentum: *Serius quidam ad scholam accedens, excusat se, quod fratrem exspectaverit, eumque in foro restitisse ait, ut atramentum emeret.* Inter fratres omnia debent esse communia. Fraternitas.

Præceptor, Simon.

Cur non venisti citius? S. Exspectabam fratrem. Pr. Ubi est? S. Restitit in foro. Pr. Cur eum non adduxisti? S. Volebat emere atramentum. Pr. Imo pyra, mala, aut aliquid a cæteris fructibus. S. Nescio, tamen illud dicebat. Pr. Quum sitis fratres, cur non habetis domi commune atramentum in ampulla. S. Frater nihil vult habere commune mecum. Pr. Vult igitur omnia sibi propria. S. Illud est. Pr. Admone me, quum venerit: ego illum docebo, quid sit fraternitas. S. Faciam, Præceptor. Pr. Abi in locum tuum.

COLLOQ. XLVI.

Argumentum: *Puer interrogatus de absentia, causam adfert honestam, eamque scriptam profert.*

Præ-

Præceptor, Tibaldus.

Quid ſibi vult? quod abfueris hac tota hebdomade? T. Oportuit me manere domi. Pr. Quamobrem? T. Ut matri adeſſem, quæ ægrotabat. Pr. Quod illi officium præſtabas? T. Sæpius ei legebam. Pr. Quid legebas? T. Aliquid ex ſacris literis. Pr. Sanctum iſtud & laudabile miniſterium. Utinam ſic omnes ſtuderent verbo Dei. Sed quid? nihil agebas præterea? T. Quoties opus erat, illi miniſtrabam cum ancilla. Pr. Proter hujus rei teſtimonium, ſi habes. T. Ecce. Pr. Quis ſcripſit? T. Famulus noſter matris nomine. Pr. Agnoſco ejus manum: quia ſæpe ab illo mihi attuliſti. T. Licetne igitur redire in ſedem meam? Pr. Quid ni liceat, quum mihi ſatisfeceris? T. Gratias ago, Præceptor.

COLLOQ. XLVII.

Argumentum: *Excuſat ſe quidam, quod inconſulto Præceptore prodieris: cujus rei teſtes producit.*

Trebonius, Præceptor.

Præceptor, placetne audire excuſationem meam. Pr. Quando abfuiſti? T. Heſterno die. Pr. Quota hora. T. Prima. P. Quæ fuit cauſa? T. Accerſitus fui. Pr. A quo? T. A patre. Pr. Quis tibi nuntiavit? T. Famulus noſter. Pr. Cur me non adiiſti? T. Quia dicebat ille, ſe urgeri feſtinatione. Pr. Suntne tibi teſtes? T. Adſunt, Præceptor. Pr. Abi, ſede in loco tuo: ego interim eos interrogabo.

COLLOQ. XLVIII.

Argumentum: *Arguitur, qui exieras injuſſu Præceptoris: ſed veniam exorat.*

Præceptor, Terentius.

Demiror, unde nunc venias? T. Domo redeo, Præceptor. P. Cur iveras domum? T. Petitum merendam. Pr. Quamobrem non attuleras? T. Mater erat occupata. Pr. Quid tum? debuiſti exire injuſſu meo? T. Non debui, fateor. Pr. Quid igitur meruiſti? T. Plagas accipere: ſed igno-

ignoſce mihi (quæſo) Præceptor. Pr. Cur non petiviſti exeundi poteſtatem? T. Quia non audebam te interpellare. Pr. Quid agebam? T. Tenebas libellum quendam, & legebas aliquid. Pr. Fieri poteſt, ſed vos tamen ſæpe me interpellatis ob rem leviorem. Nunc igitur para te ad vapulandum? T. Parce mihi, obſecro, Præceptor. Pr. Sine, ut prius cogitem aliquantiſper. Age, parco: tum quia ingenue confiteris, tum quod ſatis ſtudioſus mihi videris. T. Gratias ago maximas, Præceptor humaniſſime.

COLLOQ. XLIX.

Argumentum: *Quærit Præceptor de famuli abſentia.*

Præceptor, Varro.

Ubi eſt Martinus? V. Ivit ad forum. Pr. Quid eo? V. Emtum (ut dixit) cingulum. Pr. Injuſſu meo non exire debuit: ſed hoc nihil ad te. Quis dabit vobis merendam? V. Dixit ſe hora ſecunda reverſurum, ut det nobis. Pr. Quid ſi fallat? V. Id non eſt moris ejus. Pr. Niſi ad horam adfuerit, admone uxorem de veſtra merenda, habet enim clavem alteram cellæ penuariæ.

COLLOQ. L.

Argumentum: *Præceptor ex Valerio cognita fratris ejus valetudine, jubet domum ut eum Valerius deducat.*

Præceptor, Valerius.

Heus Valeri! V. Hem Præceptor. Pr. Quid flet frater tuus? V. Ægrotat. Pr. Quî ſcis? V. Satis apparet. Pr. Quo ſigno? V. Quia vomuit. Pr. Quid illi dolet? V. Caput & ſtomachus, ut dicit. Pr. Cur non recipit ſe domum? V. Non auſus eſt. Pr. Tu vero non audebas me admonere? Age duc illum tu ipſe domum uſque, & matri narra diligenter, ut ille ſe habeat. Propera, quid ceſſas? Duc eum lento gradu. V. Ducam, Præceptor.

COLLOQ. LI.

Argumentum: *Præceptor à puero patris nomine ſalutatus: & ubi parentes ſint, quique valeant, percontatus, viciſſim patri ſalutem nuncias.*

Vin-

Vincentius, Præceptor.

Pater meus tibi ſalutem plurimam dicit. Pr. Ain' tu, quando rure rediit? V. Heri tantum. Pr. Ut valet? V. Optime. Pr. Mater vero ubi eſt? V. Adhuc eſt in Gallia. Pr. Ubi in Gallia? V. Aureliæ. Pr. De illa quid auditis? V. Eſſe bona valetudine præditam, Dei beneficio. Pr. Dominus Deus conſervet eam. V. Ita precor. Pr. Dic viciſſim patri ſalutem plurimam verbis meis. V. Faciam ſedulo.

COLLOQ. LII.

Argumentum: *Quidam puer patris nomine Præceptorem in hortos invitat, Præceptor obiter aliquid docet ad mores pertinens.*

Adolphus, Præceptor.

Salvus ſis, Præceptor. Pr. Auſpicato adveneris: quid nuncias? A. Oratte pater meus, ut animi cauſa eamus una in hortos ſuos ſuburbanos. Pr. Ad eam rem nos invitat ſerenitas; & nunc ſumus feriati. Sed quid illic aſpectu jucundum videbimus? A. Varias & pulchras arbores cum ſuis fructibus, item herbarum & florum miram varietatem. Pr. Nihil eſt illis rebus hoc tempore jucundius. A. Ea eſt Dei erga nos beneficentia. Pr. Quam quidem aſſiduis laudibus proſequi debemus. A. Sed vereor, ne patri in mora ſimus. Pr. Tantiſper exſpecta, dum togam muto, ut ſim ad ambulandum expeditior. Jam paratus ſum: nunc eamus. Sed eſtne domi pater? A. Præ foribus nos exſpectat. Pr. Bene res habet: vide, ut eum decenter ſalutes. A. De hoc, te docente, ſæpe admoniti fuimus.

COLLOQ. LIII.

Argumentum: *Magiſter ad prandium invitatus excuſationem mittit.*

Albertus, Magiſter.

Præceptor, pater te invitat ad prandium, ſi tibi placet. M. Eſtne ſolus? A. Solus (opinor) præter domeſticos. M. Excuſa me illi, jam enim aliunde invitatus eram.

Age

Digitized by Google

Age tamen illi meis verbis gratias. A. Nunquid vis aliud? M. Nihil, nisi ut mature ad scholam redeas. A. Mature, juvante Deo.

COLLOQ. LIV.

Argumentum: *Præceptor docens revocatur ex auditorio.*

Arnoldus, Præceptor, Discipuli.

Præceptor! Pr. Hem, quid est? A. Sunt quidam, qui te conventum volunt. Pr. Ubi sunt? A. Te exspectant in vico. Pr. Nunc adibo. A. Atqui urgent. P. Præcurre tu, & eos intromitte in aream: ego te sequar, vos interim exspectate cum silentio, mox ego adero, ut vos ad cœnam dimittam. D. O quam bonum verbum!

Magistri & hypodidascali colloquium est quintum libri sequentis.

LIBER QUINTUS.

DE REBUS GRAVIORIBUS, quæque judicium requirunt atque exercent.

COLLOQ. I.

Argumentum: *Nuntius lætus de Evangelio.*

Aaron, Baptista.

ECquid habes novi? B. Accepi literas a fratre, qui Lugduni habitat. A. Quando accepisti? B. Heri sub noctem. A. Quis attulit? B. Piscarius. Aar. Quidam intellexisti est istis literis? Bapt. Omnia bene illic habere, quod ad Evangelium pertinet. Aar. Verane prædicas? Bapt. Exspecta, literas ipsas ostendam tibi à prandio. Aar. Est profecto, quod nostris fratribus gratulemur. B. Scilicet, quodque Deo nostro gra-

gratias maximas agamus. A. Id quidem præſtare debemus omni tempore: ſed nunc maxime, quum audimus ea, quæ ad gloriam ejus præcipuè pertinent. B. Utinam hoc ſemper habeamus in memoria! A. Communicabis igitur mecum tuas literas? B. Ut promiſi. A. Ergo poſt prandium. B. Etiam dubitas? A. Interea vale. B. Vale, & ſalve Aaron.

COLLOQ. II.

Argumentum: *Agitur de Evangelio diligenter audiendo, ut Deum ſecundum illud colamus, & juſte ſobrieque vivamus. De vocibus item juſte & ſobrie, quid nimirum illæ denotent.*

Auguſtinus, Bonifacius.

Cur diligenter audire debemus Evangelium? B. Ut diſcamus Deum colere ex voluntate ejus. A. Nihil aliud reſpondes? B. Quid reſponderem? Nihil enim ſcio præterea. A. Nonne etiam ut ſobrie & juſte vivamus. B. Declara mihi illa duo adverbia, quæſo. A. Sobrie, id eſt, continenter: Juſte, id eſt, in juſtitia, nempe ut ſuum cuique tribuamus. Ita fit, ut ſobrie ad vitam cujusque privatam pertineat: Juſte autem ad caritatem, quam proximo debemus. B. Sed audi, mi Auguſtine. Nonne cultus Dei omnia illa complectitur? A. Probe ſentis, Bonifaci: ſed volui experiri, an reſponſionem tuam recte intelligeres. B. Bene feciſti. Nam de ſincero verbi divini intellectu nihil nimis dici poteſt. Et de hac re quidem tecum pluribus verbis libenter agerem: ſed nos hora ipſa admonet, ut diſcedamus.

COLLOQ. III.

Argumentum: *Divinis rebus omnia poſtponenda ſunt: ſed fere contra fit. Homo ſemper homo eſt, niſi divino ſpiritu renovatus.* Exemplum hominis, qui eadem facit: quæ in alios reprehendit. *Turpe eſt doctori, &c.*

Baptiſta, Clemens.

Cur non interfuiſti hodiernæ concioni? Cl. Occupatus

Digitized by Google

patus eram in ſcribendis literis. Ba. Non poteras differre negotium? Cl. Urgebat tabellarii feſtinatio. Ba. Atqui Præceptor docet nos, omnia poſtponenda eſſe Dei negotiis. Cl. Docet quidem, neque id mihi dubium eſt: ſed nunquam ſumus adeo perfecti, quin ſæpe Deum terrenis iſtis poſtponamus. Ba. Iſtud malum. Cl. Peſſimum vero: ſed ſemper homines ſumus, niſi Deus nos Spiritu ſuo immutaverit. Sed dic (quæſo) fuitne frequens auditorium? Ba. Non admodum: pro more ſolito. Cl. Unde fit iſtud? Ba. Ignoras populum nunc eſſe occupatum in vindemiis? Cl. Non ignoro, ſed non poſſunt homines divinis rebus unicam horam impendere? Ba. De hoc non eſt meum reddere tibi rationem; hoc tantum dico: *Turpe eſt doctori, quum culpa redarguit ipſum.* Cl. Papæ! Quantum colaphum impegiſti mihi! Vale, verbum non amplius addam. Ba. Eſto igitur alias prudentior.

COLLOQ. IV.

Argumentum: *Puer à patre recommendatur præceptori. Verus amor patris in filium.* Correctio neceſſaria puero. Pœna etiam injuſta ferenda eſt; & quare Chriſtus pro nobis paſſus immerito. Optatum pium & ſanctum. Hortatio ad diligentiam. Exemplum pueri ſtudioſi & obedientis.

Bonifacius, Claudius.

Audivi, patrem tuum veniſſe hodie in gymnaſium. C. Verum audiviſti. B. Qua venerat gratia? C. Ut pro meis alimentis Præceptori numeraret pecuniam: ſimul ut me illi commendaret. B. Numquamne te commendarat? C. Imo ſæpiſſime. B. Quid ſibi vult iſta commendatione tam frequenti? C. Amore vero me proſequitur. B. Quid tum? C. Ideo cupit me diligenter eruditi. B. Quid ſi commendet, ut ſæpius vapules? C. Ea eſt fortaſſe cauſa: ſed quid inde? non propterea me diligit minus. B. Unde iſtud colligis? C. Quia puero tam neceſſaria eſt correctio, quam alimentum.

B. Verum quidem dicis: ſed pauci ita judicant. Nemo etiam eſt, quin panem, quam virgam, malit. C. Illud eſt naturale omnibus: quis neget? ſed tamen patienter ferenda eſt pœna, præſertim juſta. B. Hæc habetur in libello morali ſententia: *Quod merito pateris, patienter ferre memento.* Sed quid ſi pœna ſit injuſta? C. Ea quoque patienda eſt nihilomnius. B. Cujus cauſa? C. Propter Jeſum Chriſtum, qui mortem injuſtiſſimam eamque acerbiſſimam tulit pro peccatis noſtris. B. Utinam id nobis in mentem veniret, quoties aliquid patimur. C. Præceptor id nos ſæpe monet, quoties occurrit occaſio: ſed ſurdis narratur fabula, ut eſt in proverbio. B. Ergo demus operam, ut ſimus poſthac diligentiores. C. Ita faxit Deus.

COLLOQ. V.

Argumentum: *Officia domeſtici apud ludimagiſtrum hypodidaſcali.*

Clemens, Magiſter, *Dominicus*, Hypodidaſcalus.

Quid quod hiſce diebus inter nos egeramus? ſatisne cogitaſti? Dom. Etiam atque etiam cogitavi. Cl. Ecquid placet tibi conditio, quam obtuli? Dom. Maxime. Cl. Quid menſa, ſeu convictus? Dom. Nihil in ea re deſidero. Cl. Quid reſtat igitur? Dom. Ut (ſi tibi non moleſtum eſt) præſcribas mihi, quas operas à me tibi præſtari velis. Cl. Id vero eſt æquiſſimum. Accipe igitur præcipua officii tui capita; quorum hoc primum eſt: Quotidie mane diligenter curare, ut omnes domeſtici mei diſcipuli mature cubitu ſurgant, pro ratione temporis tum hyberni, tum æſtivi. Ubi ſurrexerint, ea curent, quæ ad cultum & munditiem corporis pertinent: poſtremo, ut adſint privatæ noſtræ precationi.

Secundum, ter quotidie in aulam deducere, mane scilicet, & ante horam undecimam ac tertiam pomeridianam.

Digitized by Google

dianam. Illic (nisi egomet adero) exspectare, donec aliquis ex doctoribus adfuerit: interea curare recitandos catalogos, & precationem dicendam. Item observare sedulo, numquis ex ipsis doctoribus absit ab auditorio suo: si quis aberit, mihi statim renuntiare, aut ejus partes agere.

Tertium, manere cum pueris domesticis, quoties non docentur in scholis suis: interea minores ad lectionem & scriptuam instituere, cæterorumque repetitiones audire, quantum tempus & opportunitas patietur: omnes denique in officio retinere, admonere, arguere, objurgare, virgis etiam, ubi opus fuerit, castigare.

Quartum, feriatis diebus eos ad sacras conciones ordine deducere, ac demum similiter reducere.

Quintum, quoties ludere permissum erit, subinde observare, nequid præter officium & bonos mores vel factis vel dictis admittant.

Sextum, suppeditare illis, ex pecunia, quam tibi in manus dabo, chartam, pennas, atramentum, & alia quædam duntaxat parvi pretii, necessaria: eaque omnia in expensarum codicem referre. Id autem Mercurii & Sabbathi potissimum diebus fieri solet.

Septimum, quæ ad eorum libros, vestimenta & curam corporis pertinebunt, non negligere, hoc est, interdum ab illis librorum & vestimentorum rationem exigere, valetudinis & cultus corporis rationem habere, & alia ejusmodi in pueris, præsertim minoribus, curanda & observanda.

Octavum, docere pueros tum in Classe mea, tum in cæteris, præter tres superiores, si quando necessitas postulabit.

Nonum, interdum (si opus fuerit) me & domi & foris in privatis negotiis adjuvare.

Hactenus audisti, quæ mihi abs te præstari velim

officia, quæque etiam ab aliis domeſticis hypolidaſcalis exigere ſoleam. Eorum tamen omnium non adeo ſeverus exactor fuero, quin ipſe, quoties per otium licebit, aliqua tibi remittam, in quibus ego quaſi vicarii partes agam. Intellexiſtin' hæc omnia? H. Ego vero diligenter omnia: ſed unum te oro, ut ad memoriam renovandam des mihi eorum commentariolum, & ſimul cogitandi ac deliberandi ſpatium. M. Quantum temporis poſtulas? H. Diem unum naturalem. M. Ego vero duos integros dabo. Interea (ut cœpiſti) nullo tuo ſumtu nobis perges convivere & commorari, tam libere quam ſi eſſes domi tuæ. H. Iſtud non ſine humanitate facis: quo fit, ut majori beneficio me devincias. M. Habebis à prandio quod requiris commentarium, quam primum mea tibi manu conſcripſero. H. Quid ſi mihi dictares? M. Malim egomet ſcribere, ne quid forte inter dictandum excidat? H. Ut libet.

COLLOQ. VI.

Argumentum: *Studioſus quidam adoleſcens apud familiarem conqueritur de habitationis ſuæ incommoditate ad literarium ſtudia. Cupit in ædibus ſcholaſticis habitare. Narrat, cur non liceat. Attenditur à condiſcipulo. Conſuluntur unà de ineunda ratione ad rem perficiendam. Hortatur ad Deum invocandum.* Non prodeſt conſilium niſi juvante Deo. Deus, qui dat conſilium bonum, dat etiam effectum. *Exemplum quale eſt ſupra & in colloquio hujus libri quarto & viceſimo quarto.*

Claudius, Deſiderius.

Quam doleo me non interfuiſſe mane repetitioni veſtræ? D. Cur non veniſti in ludum citius, ut fere ſoles? C. Me miſerum! non ſurrexi in tempore. D. Quamobrem? C. Quia nemo expergefecit. D. Quis te ſolet excitare? C. Hoſpes noſter, aut ejus ancilla; ſed abſente illo, ancilla ſæpe obliviſcitur, aut certe negligit. D. Ubi erat hoſpes? C. Sub auroram prodierat ad ſua nego-

Digitized by Google

negotia, ut poſtea reſcivi. D. Quid hoſpita, nihilne curat? C. Quid putas eam curare? quotidie ex quo ſurrexit, ſemper intenta eſt partem curandis filiolis, partim cæteris domeſticis rebus. D. Nullosne habes contubernales ſcholaſticos? C. Prorſus nullos. D. Ah Puer infelix, qui neminem habes, quocum de ſtudiis conferas! C. Ob eam rem mea eſt miſerrima conditio, quantum ego judico. Non enim poſſum arbitrio meo ſtudere propter tantam mercatorum turbam, qui domum illam frequentant, & mihi toto die obſtrepunt. D. Non habes tibi cubiculum? C. Quid mihi prodeſt habere? eſt enim ita conjunctum gradibus & cochlidi, ut ne felis quidem aſcendat aut deſcendat, quin feriat aures meas aliquis ſtrepitus. D. Magna profecto moleſtia. C. Illa vero multo major, quod ſupra meum cubiculum eſt ampliſſimum conclave, ubi merces aſſervantur. Unde fit, ut horis omnibus aliquæ graves ſarcinæ vel importentur vel exportentur. D. O Deum immortalem! quomodo illic potes vivere? C. Quid ais, vivere? equidem non vivo, ſed langueo potius, neque unquam mihi videor eſſe liber, niſi quum ſum in ſchola tecum una & cum cæteris noſtris condiſcipulis. D. Quam doleo vicem tuam! C. Utinam mihi liceret tecum habitare in his ædibus ſcholaſticis! D. Nihil eſſet mihi jucundius: ſed quid impedit? C. Patris vetus amicitia cum illo hoſpite meo. D. Deberes patrem admonere de ſtudiorum tuorum incommodis. C. Sæpe quidem monui & coram & per literas. D. Quid ille reſpondet? C. Fruſtra monetur, quaſi ſurdo narratur fabula. D. Quid ita? C. Quia nunquam in diſcendi ludo verſatus eſt: ideoque in ſtudiorum ratione nihil intelligit. D. Ego tamen ſi mea res ageretur, omnem moverem lapidem, ut voti compos efficerer. C. Quid ſi Præceptor ipſe ad patrem meum ſcriberet?

D. Nunquam iſtud illi perſuaderes. C. Cur non? D. Quia non vult ambire quempiam, ut diſcipulorum turbam ſibi comparet. Abhorret enim ab omni tum ambitione tum avaritia. C. Quid igitur mihi faciendum ſuades? D. Unicum habeo conſilium. C. Ne mihi, obſecro, reticeas. D. Ea res per amicos tentanda eſt. C. Idem mihi quoque aliquando in mentem venerat, ſed nunquam auſus ſum experiri. D. Quid dubitas? C. Vereor, ne hoc parum ſuccedat. D. Rei exitus eſt in manu Domini: ſed quid tentare nocebit? C. Tentemus ſane. Nihil enim mali (ut confido) inde poteſt accidere. At ego neſcio, qua ratione hîc utendum ſit. D. Dic mihi, non exſpectas, ut brevi pater in hanc urbem veniat? C. Spero venturum propediem. D. Quando igitur? C. Ad Calendas Quintilis. D. Optime eſt. Scin' igitur, quid ſit opus facto? C. Doce quæſo. D. Fac ſingulatim convenias duos aut tres ex paternis amicis præcipuis, qui ſunt viri graves & honorati: nempe ut plus valeat eorum auctoritas apud patrem tuum. C. Bene mones: quid illis dicam? D. Narrabis diligenter omnes incommoditates ſtudiorum tuorum. C. Nihilne amplius? D. Docebis inſuper, quonam modo tibi provideri poſſit, ut tempus rediimas, quod apud iſtum hoſpitem tam miſere hactenus perdidiſti: quod niſi eo remedio tibi mature conſulatur, actum eſſe de tuis ſtudiis & eorum progreſſu. Denique ne ante deſtiteris monere, orare, obſecrare, donec perſuaſeris, ut tibi promittant, ſe acturos eſſe ſerio cum patre tuo negotium. C. Quid ſi recuſabunt? D. Vix fieri poteſt, ut recuſent omnes. C. Non eſt veriſimile, præſertim quum ſint mei amantiſſimi, & mihi patris nomine gratificentur adeo libenter. D. Adhæc, res ipſa urgebit eos, nempe tanta ſtudiorum tuorum jactura. C. Pluribus verbis opus non eſt. Auxilio Dei fretus aggrediar primo quoque tempore. D. Sed inte-

Digitized by Google

interim memor esto, ut in divinas preces die nocteque incumbas. C. Ipso volente Deo, id curabo pro viribus. Satis enim scio, nullum consilium mihi esse profuturum, nisi, quoad illo juverit. D. Sed jam tempus est, ut domum te recipias, ne forte hospes offendatur, quid cessas? C. Cogito ne quid prætermiserim, de quo esses admonendus. D. Si quid alterutri nostrum præterea occurrerit, cras otiose tractabimus. C. Vale igitur, mi Desideri: & perge, quæso, me tuis precibus adjuvare: quemadmodum juvisti optimo consilio. D. A Domino Deo profecta sunt omnia, qui ut consilium dedit, sic dabit effectum. C. Ita fore, confido. Iterum vale. D. Vale, Claudi suavissime.

COLLOQ. VII.

Argumentum: *Quidam ultro vult venire habitatum in Gymnasio: gaudet amicus ejus, eumque ad maturandum hortatur.* Patris lenitas in filium. Consilium ex Deo profectum. *Plerique pueri habitationem in schola tanquam carcerem refugiunt: Improbi adolescentes à studio probos absterrent. Aliquot genera exercitationis scholasticæ, præcipue in latine loquendo.* Hominum maledictis augetur opus Dei, tantum abest, ut retardetur. *Præceptor in schola severior quam inter domesticos; & quare Magistri gravitate schola in officio contineatur.* Disciplinæ scholasticæ bona. *Quibus rebus inducantur adolescentes ad amorem literarum.* Præceptor bonus à studiosis diligatur. Disciplina severior quibus adhibenda. Mens bona & sincerum judicium à Deo. *Exemplum rarissimum adolescentis, qui ultro quærit in schola habitare.*

Dominicus, Erasmus.

Nescis, quid mihi his diebus in mentem venerit? E. Quid istud, quæso? D. Cogito in Gymnasium me recipere. E. Quid in Gymnasium habitandi causa? D. Non ut inquilinus habitem, sed ut vobis convivam in mensa Præceptoris. E. O utinam istud ex animo ac vere diceres! D. Ex nostra mutua consuetudine atque amici-

tia deberes satis intelligere, me nihil apud te neque simulare neque dissimulare solitum. E. Plane istud jam pridem intelligo: sed audito ex te isto verbo, me rapuit affectus in eam exclamationem: ita prorsus oblitus eram mei. D. Non aliter dictum tuum accipio: sed ad rem. Pater quidem non cogit me: sed ex vultu & verbis ejus satis video, id illi placere maxime. E. Nempe hoc illud est: novit pater tuus, vir prudentissimus, liberalia ingenia cogi nolle, duci facile. Sed tamen non dubito id fieri divini instinctu numinis, tu vero quid judicas? D. In eadem sum sententia; præsertim quum ego quoque in eam partem sponte propendeam. E. Magnum argumentum, istud esse ex Deo consilium. D. Id ego crediderim. Nam qui ad eam rem coguntur à parentibus, fere quærunt subterfugia, quibus detrectent imperium. E. Ego (ut fatear ingenue) aliquando id in me sum expertus, ante scilicet quam ingressus essem. Quid enim censes? audiebam ex istis Satanæ mancipiis tot maledicta tum de Præceptore, tum de disciplina, ut mihi viderer carcerem aut pistrinum ingredi verius quam gymnasium. Quod si tu quoque in aliquam ejusmodi pestem incidisses, non dubium est, quin ille manibus pedibusque obnixe conatus esset absterrere ab isto tam sancto proposito. D. Nemini adhuc palam feceram. E. Quod mihi dicis, non est palam facere. D. Satis scio: sed mihi istud excidit ex Terentio. Nunc pergamus ad reliqua. E. Quid restat, nisi ut Deum preceris, & pergas naviter in sententia? D. Audies. De quotidiano victu in vestra mensa; de Præceptoris & hypodidascali familiaritate in audienda prælectionum repetitione; de facilitate Præceptoris in ipso convictu, de illo à cœna placido studiorum certamine, de libertate colloquendi per otium de honestis rebus, de libera inter vos reprehensione, de his (inquam) omnibus satis multa narrasti mihi

Digitized by Google

mihi alias: quæ quidem valde placent omnia: mihi tamen nihil videtur utilius, quam illa perpetua latine loquendi exercitatio. Quis enim major eſt ſtudiorum fructus? quid honeſtius? quid jucundum magis? præſertim ubi alius alium ſine odio aut invidia libere reprehendit. E. Quid, quod victi in earum rerum certamine, pudore tantum puniuntur, victores etiam præmio donantur. D. Omnes denique veſtræ exercitationes, vel auditu ipſo, me delectant mirifice. E. Quanto magis illud diceres, ſi videres iſta, ſi, dum geruntur, intereſſes? D. Ego (Deo volente) interero. E. Utinam propediem. D. Ita ſpero quidem: unus tamen reſtat mihi ſcrupulus, quo me facile (ſi voles) liberabis. E. Faciam bona fide, ſi potero; ſed interim vide, ne nodum in ſcirpo quæras, ut antea vidimus in Terentio. Age, qui tandem ſcrupulus iſte eſt? D. Suſpecta mihi eſt veſtra diſciplina ſcholaſtica; non quod velim ob id incepto deſiſtere: ſed ut alacrius veniam & jucundius, ubi ea de re audiero. E. Niſi tu is eſſes, qui (ut ego novi) me nec vanum nec mendacem exiſtimas, equidem mallem de hoc omnino tacere, quam ea tibi referre, quæ ſentio. D. Quid ita tandem? E. Quia difficile eſt ea veriſimilia facere, quanquam alioqui veriſſima, quum de his vulgus hominum peſſima quæque dicat & judicet. D. Quorſum iſtud quæſo? E. Nam improborum mendaciis adeo male audit noſtra diſciplina inter iſtos idiotas, ut mirum ſit, unum aliquem habitare in ſchola noſtra velle: tametſi (quod eſt opus Dei) quo pejus audimus, eo plures ad nos conveniunt. D. Nihil opus eſt tam longa inſinuatione: dic mihi plane omnia: ne timeas, non me abſterrebis. *Omnia percepi atque animo mecum peregi.* E. Adverte igitur animum, dicam breviſſime, quicquid alicujus eſſe momenti videbitur.

Inprimis, illud velim tibi perſuadeas, Præceptorem eſſe nobis multo humaniorem quam in ſchola appareat. Tam enim familiariter verſatur inter nos, quam prudens pater ſolet inter liberos. Cur igitur (inquies) eſt palam tam ſeverus? Reſpondeo: quia ſine tali ſeveritate (ut ex ipſo audivi, quum aliquando familiari cuidam narraret) tanta turba ſcholaſtica, tamque variis moribus prædita, nec coerceri, nec in officio contineri poſſet. Suo enim quisque more, ſuo quisque arbitratu vellet vivere. D. Quin etiam miror ego mecum ſæpiſſime, tantam eſſe in tota ſchola reverentiam, tantum ſilentium, tantam denique modeſtiam. E. Multo magis mirareris, ſi unquam vidiſſes ſcholas paganicas. D. Vidi aliquando, atque conſideravi diligenter. Plus eſt ſilentii in Gymnaſio noſtro ſexcentenario, quam quadraginta puerorum, imo triginta in iſtis ſcholis trivialibus. Sed perge, quæſo: vereor ut ſis orator Aſiaticus. Jam enim incipit oratio tua quaſi longius aberrare. E. Atqui etiam interpellas ipſe. D. Nihil extra propoſitum dixi: ſed nunc proſequere. E. Vis in ſumma dicam tibi: diſciplina hæc domeſtica, licet paucis improbis odioſa videatur, bonis tamen & ſtudioſis propter utilitatem valde placet. Nam ſi domi res eſſet diſſoluta, quid nobis tutum foret contra laſcivorum & petulantium inſultus? quæ nobis quies? quæ ſtudiorum tranquillitas? Itaque diſciplina ipſa veris ſtudiorum amatoribus eſt perfugium & quaſi propugnaculum, non ſecus ac nautis portus in tempeſtate. Denique quisquis eſt inter nos pacificus, & ad recte ſemper agendum paratus, is eſt à diſciplina tutiſſimus. Nec vero id agit Præceptor, ut nos plagis & verberibus trahat ad literarum ſtudia: ſed nos potius inducere nititur his maxime rebus, honeſta & liberali tractatione, benevolentia, humanitate, facilitate morum, beneficiis, denique virtutis

&

Digitized by Google

& ſtudiorum amore. Ex quo fit, ut major pars noſtrum ſic affecta ſit, ut illi ex animo parere ſtudeat: eum caveat offendere, eum tanquam parentem diligat, obſervet, revereatur. D. Alioqui diſcipulorum officio non fungeremini. E. At ſunt quidam verberones, qui nec Deum timent, nec parentes, nec verbera, qui & literarum ſtudia oderunt cane pejus & angue, ut verbis utar Horatii: talibus (inquam) ſevera interdum adhibetur diſciplina: quia videlicet neceſſitas cogit. D. Sat habeo. Nunc enim video, quorſum ſpectet veſtræ diſciplinæ ſeveritas. E. Nimirum ut mores bonos tueatur, malos autem ut corrigat aut expellat. D. Ego diſciplinam iſtam ſane deoſculor, tantum abeſt, ut retormidem. Te autem, mi Eraſme, amo equidem de iſta loquendi libertate, qua mihi ſtimulos acriores addidiſti. E. Ego vero immortales gratias ago Patri cœleſti, qui tibi mentem bonam dederit, & ſincerum judicium. D. Vale igitur, & me (ſi Dominus permiſerit) exſpecta in proximam hebdomadem: iterum vale, & inceptum noſtrum tuis precibus Chriſto commenda etiam atque etiam. E. Precor tibi noctem quietam, & ſomnum placidum.

COLLOQ. VIII.

Argumentum: *Tres pueri pædagogum ſuum quaſi de improviſo adeunt: ſuam quisque pronunciat ſententiam, ut ipſos ducat deambulatum: ille concedit libenter. Sic ſtudioſos pueros tractare decet, ut ſint ad ſuum munus obeundum alacriores.*

Deſiderius, Eraſtus, Franciſcus, Fontanus.
Pædagogus.

Quod caret alterna requie, durabile non eſt;
Hæc reparat vires, feſſaque membra novat.
Ovidius.

E. Nec me offenderit luſus in pueris: eſt hoc alacritatis ſignum.

Quintilianus.

Fr. Nulla res eſt, quæ perferre poſſit continuum laborem.

Quintilianus.

P. Video quorſum ſpectent iſta, nimirum ut vos ambulatum ducam: ſed eandem cantilenam ſemper fere recantatis, ut ſolent veſtræ aviculæ. D. Quid ergo vis dicamus, Præceptor. P. Dicite poſthac ſuam quisque ſententiam ex Novo Teſtamento. E. Euge, nihil erit nobis facilius: habemus enim in promtu multam earum copiam. Vis ergo, Præceptor, ut jam nunc incipiamus? P. Sane velim, quando (ut ais) tanta eſt vobis copia. E. Quis incipiet? P. Tu Deſideri, vis honoris tui cauſa hujus rei ſpeciem edere? D. Id ego libenter faciam: ſed Dei honoris cauſa. P. Laudo iſtud verbum; Divinus enim honor & gloria omnibus in rebus eſt præferenda. Eja, incipe, ſi quid habes. D. Niſi abundaverit juſtitia veſtra plus quam Scribarum & Phariſæorum, non poteſtis ingredi in regnum cœlorum.

Matth. quinto capite.

E. Depoſito mendacio loquimini veritatem quisque proximo ſuo.

Ad Epheſios capite quarto.

Fr. Filii obedite parentibus in omnibus: hoc enim placet Domino.

Ad Coloſſenſes tertio.

P. Euge, bonam ſpeciem; videte, ut progreſſus reſpondeat, hoc eſt, ut pergatis in poſterum diligenter. D. Qui nobis principium dedit, dabit idem ſucceſſus proſperos. P. Ita ſperandum eſt. Parate vos, ut prodire maturemus. D. Mox aderimus paratiſſimi. P. Sumite ſuum quisque pallium, ut prodeatis honeſtius. Sed heus, pueri. E. Quid vis Præceptor? P. Videte, ut Pſalmos etiam adferatis, alicubi in umbra cantabimus. E. Ita fiet ambulatio noſtra jucundior.

COL-

Digitized by Google

COLLOQ. IX.

Argumentum: *Patientia in parvis excitata paulatim crescit. Volente Deo nobis accidunt mala. Providentia Dei. Memoriæ fluxa eam non exercentibus. Memoriæ exercendæ ratio. Negligentia. Spiritus Dei nos excitat.* Brevis exhortatio ad excutiendam negligentiam, pigritiam, tarditatem.

Franciscus, Georgius.

Quo ludi genere te hodie exercuisti? G. Juglandium. F. Ecquid lucri feciſti? G. Imo perdidi. F. Fortuna igitur tibi adversa fuit. G. Nescio quæ fortuna: tantum scio mea culpa id accidisse, sed ita volente Deo. F. Cur Deus id voluit? G. Ut hinc discam ferre graviora, cum acciderent. F. Quasi vero Deus lusiones puerorum curet. G. Curat profecto: quin etiam nihil fit in rerum natura sine divina providentia. F. Siccine philosopharis? quisnam te ista docuit? G. Non tute audisti toties ex concionatore nostro? F. Fieri potest ut audierim: sed quid agas? fluxa est mihi memoria. G. Nimirum, quia illam non exerces. F. Quomodo exercenda est? G. Primum diligenti attentione: hoc est, diligenter advertendo ad ea, quæ audimus, aut legimus: deinde eadem sæpe repetendo: denique docendo alios ea, quæ didicimus. F. Ista nobis sæpius inculcantur à Præceptore: sed (me miserum!) quam supina est hæc mea negligentia! G. Sic sumus omnes, nisi Spiritus ille Dei nos excitet. F. Quid igitur faciam? G. Expergiscere, mi Franciscе: toto animo, totisque viribus ad Deum aspira; illum assidue & pio affectu precare: vigilans esto: pravos fugito, versare cum bonis: tum moribus facillimis effice, ut eos tibi familiares reddas. F. Quid tandem consequar? G. Rogas? si te istis moribus assuefeceris, Dominus Deus sua clementia tui miserebitur, brevique animum tuum immutatum senties. F. O quam opportunus huc mihi congressus fuit! obsecro

ſecro te, mi Georgi, ut ſæpius colloquamur. G. Per me non ſtabit, quoties utrique licebit per otium. F. Gratias ago maximas. G. Non eſt, quod agas, recipiamus nos in auditorium.

COLLOQ. X.

Argumentum: *De negligentia quidam admonetur. Admonitio ad ſomniculoſos. Præceptorum moralium uſus. Quotidie proficiendum. Vitia naturalia.* Armis ſpiritualibus pugnandum cum vitiis.

Fontanus, Gerardus.

Non ſatis mirari poſſum, te non eſſe diligentiorem. G. Qua in re videor tibi negligens? F. Quod mane fere nunquam ades in tempore: atque inde fit, ut pene quotidie noteris in catalogo. Cur tu es adeo ſomniculoſus? G. Mea ſic fert natura. F. Corrige naturam iſtam, hoc eſt naturæ vitium: quid tibi profuit Catonis noſtri dictum? G. Quodnam quæſo? F. *Plus vigila ſemper: nec ſomno.* G. Ne plura: ego probe memini. F. Nihil prodeſt meminiſſe, niſi ad uſum tuum accommodes. G. Utinam & hoc & alia præcepta ſalubria tam facile ad bene vivendi uſum transferremus, quam ea facile ediſcimus. F. Ut verum fatear, præcipere quam præſtare multo eſt facilius. Sed tamen eniti debemus, ut vel monitis vel precibus proficiamus aliquid, & indies evadamus meliores. G. Qui id non facit, ejus ſalus deſperanda eſt: ſed nihil difficilius emendatur, quam naturale vitium. F. Omnia fere vitia nobis ſunt naturalia: & niſi Dei bonitas ſervaret nos, eſſemus omnes ſceleratiſſimi. G. Quid igitur faciendum? F. Fortiter cum vitiis noſtris pugnandum eſt. G. Quo duce? F. Ipſo Deo. G. Quibus armis? F. Divinis & ſpiritualibus. G. Ubi tandem inveniuntur? F. In epiſtola ſancti Pauli ad Epheſios. G. Quoto capite? F. Sexto. G. Quid ſi locum per me non intellexero? F. Non omnino intelliges, ſatis ſcio: ſed

Præ-

Digitized by Google

Præceptor erit conſulendus. G. Quid ſi mecum adfueris? F. Adeſſe volo, certum eſt: verum captanda erit opportunitas. G. De hoc igitur alias conſilium capiemus. F. Quando iſtud erit? G. Proximo die Mercurii, ſi tibi ita videtur. F. Quota hora? G. Poſt meridiem prima. F. Placet ſententia. G. Nunc igitur diſcedamus.

COLLOQ. XI.

Argumentum: *De ſtudiorum tempore amiſſo. Ejus recuperandi ſpes, & quibus modis id fieri poſſit. Viva magiſtri vox.* Hortatio ad animum bonum.

Georgius, Herminius.

Tantum igitur hodie e villa revertiſti? H. Hodie tantum, idque paulo ante prandium. G. Atque dixeras, te futurum illic modo biduum. H. Ita ſperabam fore, & ſic pater promittebat. G. Quid igitur obſtitit, quo minus redieris citius? H. Mater me detinuit, tametſi etiam cum lacrymis eam obſecrarem, ut me miſſum faceret. G. Sed cur te tam diu remorata eſt? H. Ut ſe comitarer in reditu. G. Quid vero agebas interea? H. Colligebam fructus cum ruſticis noſtris. G. Quos fructus? H. Quaſi non ſint tibi noti fructus autumnales, & ſerotini, pyra, mala, juglandes, caſtaneæ. G. O jucunda exercitatio! H. Non eſt jucunda ſolum, ſed etiam frugifera. G. Sed hoc malum, quod interim quinque aut ſex prælectionum fructus tibi periit. H. Non omnino periit, ſpero; curabo pro viribus, ut aliqua ex parte recuperem. G. Quid facies? H. Deſcribam quam potero diligentiſſime. G. Quid tum poſtea? H. Ediſcam ipſam auctoris orationem. G. Sed ſententiam non ſatis intelliges. H. Ipſa me juvabit Præceptoris interpretatio, ut ſenſum magna ex parte aſſequar. G. Nec tamen id ſatis erit. H. Tu (ſi placet) aderis mihi per otium, ut conferamus una. G. Libenter equidem faciam: ſed ne iſtud quidem ſufficiet. H. Non habeo quid poſſim amplius. G. Quanto præſtitiſſet

Digitized by Google

tisset vivam audire magistri vocem! H. Multo sane præstiterat: sed quando id mihi non contigit, nec mea culpa factum est, nihil habeo, quod me accusem in hac parte. G. Recte dicis, fac igitur habeas animum bonum. Nam quod ego tecum pluribus verbis de hac re disputavi, non ideo feci, ut vellem te adducere in desperationem: sed totum illud profectum est ex meo in te amore singulari. H. Haud mihi dubium istud est: quo fit, ut majorem tibi habeam gratiam. G. Sed ecce, vocat nos ad cœnam tintinnabulum. H. Nuncius opportunus.

COLLOQ. XII.

Argumentum: *Præceptoris accusatio in vernacule loquentes. Ejusdem ad latine loquendum exhortatio. Interpretatio edicti de vetito vernaculo sermone.* Male acturi quærunt latebras. Iniquorum perversitas. Nitimur in vetitum. Doctrina Christi & timor Dei avocant à malo. Exhortatio ad recte vivendi studium.

Gerardus, Honorius.

Adfuisti matutinæ precationi? H. Adfui: tu vero ubi eras? G. Iveram ad patrem in cauponam. H. Quid eo? G. Heri vesperi jusserat, ut se convenirem bene mane. H. Qui ausus es tam mane prodire, idque inconsulto Præceptore? G. Jam heri veniam impetraram, antequam iretur cubitum. Sed dic mihi, quid ille à precatione palam admonuit? H. Audivi (inquit) esse inter vos, qui sæpe numero vernacule fabulentur, & nemo interea vestrum mihi quicquam indicat, quod est argumentum consensionis omnium in eodem peccato: hæc fuit accusationis summa: deinde in eam sententiam multa dixit, quæ meminisse non potui. G. Sed quæ tandem fuit conclusio? H. Quamobrem (inquit) admoneo vos, ut alius alium ad latine loquendum cohortemini diligenter, & eorum nomi-

Digitized by Google

nomina, qui parere noluerint, ad me quamprimum deferatis; ut huic malo remedium adhibeam. Ger. Nullum igitur verbum licebit efferre vernaculum? H. Quantum ex verbis ejus colligere potui, non ita rem intelligit. Non enim, ut scis, usque adeo est severus exactor, ut statim puniat, si cui verbum aliquod inter colloquendum exciderit. Ger. Aliquoties (ut memini) palam dixit, edictum suum ad eos demum pertinere, qui cum latine sciant, tamen semper latibula quærunt. H. Ea est quorundam pertinacia, ut malint sæpissime vapulare, repugnando præceptis honestissimis, quam laudari atque etiam diligi obsequendo. Ger. Meministi audire ex ipso præceptore. *Nitimur in vetitum*: H. Memini: atque adeo est verissimum: tamen qui doctrinam Christi libenter amplectuntur, non studio peccant, neque malitia. Ger. Istud præstat verus ille timor Domini. H. Tales igitur, quoad licet per naturæ infirmitatem, sedulo cavere nituntur; ne quid scientes faciant; dicant aut cogitent, quo Deus vel minimum offendatur. Ger. Ergo studeamus & nos idipsum cavere: studeamus recte vivere, & Dei nostri parere voluntati: non modo ne vapulemus, sed magis ut illi optimo Patri nostro placeamus. H. Ita fiet, ut vere simus non tenebrarum, sed lucis filii. Ger. Sed de his alias pluribus: nunc ad disputationes recipiamus nos. H. Ecce, vocat signum.

COLLOQ. XIII.

Argumentum: *Discessus quidam ante vacationem scholasticam deprehenditur à condiscipulo.* Consilia humana à Deo reguntur. Sua cuique tractanda scientia. Modeste sapiendum.

Herminius, Jacobus.

Tu igitur cras (ut audio) discessurus es? J. Cras, si Dominus permiserit. H. Eho, cur tam cito? J. Urget me

me pater. H. Imo tu urges patrem. J. Itane tibi videtur? quomodo patrem urgere possum? H. Assidua missione literarum. J. Tantum semel scripsi instare vacationem scholasticam. H. Quando misisti literas? J. Hebdomade superiori. H. Quo die? J. Veneris. H. Quid facies domi? J. Instat vindemia: interim colligendi sunt fructus arborum. H. Poteras exspectare dimissionis diem. J. Nescio, quando sit futurus. H. Spero fore ad finem proximæ hebdomadis. J. Sed istud non est in nostro situm arbitrio. H. Ne in Præceptoris quidem. J. Cujus igitur? H. Solius Dei, qui hominum consilia suo nutu gubernat. J. Atqui Satanas videtur interdum gubernare. H. Quantum Deus ipsi permittit. Sed ista sapientioribus relinquamus. J. Tutius est: monet enim proverbium: Ne sutor ultra crepidam. H. Sæpe istud ex Præceptore audivimus. J. Idem quoque non semel docuit nos illam Pauli sententiam: Noli altum sapere: sed time. H. Illud etiam frequenter habet in ore: Altiora te ne quæsieris. J. Sed audin' tu, ad cœnam signum dari. H. Adhuc pulsat aures meas tintinnabulum. J. Eamus in aulam, ne desimus precationi. Cras ante discessum te salutabo.

COLLOQ. XIV.

Argumentum: *In vacatione scholastica studiosi adolescentes libenter quidem relaxant animos, non tamen omnino cessant, nec otio illo per ignaviam abutuntur.* Fides etiam inimico servanda. Agendi affectus addit celeritatem. Solus Deus suorum ductor. Exemplum studiosis observatu dignissimum.

Honorius, Justus.

Fuistine hodie in Gymnasio? J. Ubi ergo fuissem? tu vero quid agebas? H. Eram domi occupatus. J. Id evenit præter morem tuum? soles enim abesse rarius. H. Quam possum rarissime, quid autem actum est? J. Nihil prorsus. H. Ergone remissionem habemus? J. Certe. H. Quamobrem? J. Propter mercatum hodiernum. H. Quis

Digitized by Google

Quis dedit? J. Ludimagiſter, permiſſu tamen Rectoris. H. Quid conceſſit? J. Vacationem ab omni munere ſcholaſtico. H. An in totum diem? J. A mane ad occaſum uſque ſolis: tametſi diligenter & multis quidem verbis admonuit, ut in otio de negotio cogitaremus; ne cras in ludum veniremus imparati. H. Quid igitur nos? hoccine abutemur otio? J. Id vero ætatem noſtram decet minime. H. Tu ergo, quid paras facere? J. Me recipere in muſeolum: niſi forte tibi magis placet, ut ſesquihoram aliquo prodeamus ambulatum. H. Egone recuſarem? imo nihil eſt, quod nunc magis velim: nam & nos interea tractabimus aliquem ſermonem literarum, & ſimul corpus exercebimus. J. Eamus igitur extra muros. H. Quonam? J. Uſque ad ripam lacus. H. Valde iſtud mihi arridet: ſed tu (ſi placet) me exſpectabis. J. Quamdiu? H. Tantiſper, dum crepidas eo mutatum calceis. J. Ubi vis exſpectari? H. Ad portam Franciſcanam. J. At vide, ne me fallas. H. An ego amicum fallerem: quum ſciam etiam inimico ſervandam eſſe fidem? J. Abi, feſtina: ego, dum te opperior, aliquid interim legam. H. Salve, Juſte. J. Quis iſte ſalutator? H. Ecce: redii. J. Eho! tam cito! mihi videris volaſſe. H. Nimirum affectus ipſe pedibus alas addidit. J. Eamus nunc ducente Deo. H. Solus Deus eſt, qui ſuos ducit ac reducit. J. Maturemus, ſatis longe hinc lacus abeſt. H. Tanto melius prandebimus: perge.

COLLOQ. XV.

Argumentum: *De exercitationibus poſt vacationem ſcholaſti. cam revocatis. De claſſium exploratione ante promotiones. De ſpe præmii. De eadem in adverſis rebus. De fructibus autumnalibus. De maximo vini proventu. De abuſu vini in ſumma copia. De admonitionum contemtu. De iis, qui ſe dociles præbent ad verbum Dei audiendum.*

Jacobus, Lambertus.

Salve, Lamberte optatiſſime! L. Salve & tu vindemiator

miator jucundiſſime. J. Quomodo ſe habet ſchola? L. Optime. J. Jamne redierunt multi? L. Vix quarta pars nunc abeſt. J. Quid agitur? L. Docetur, legitur, ſcribitur, repetitur. J. Iſta ſunt generalia & quotidiana: ſed quid fit in noſtra Claſſe? L. Idem quod fit in cæteris, & quod fiebat ante vacationem. J. Ergone jam ſerio habentur prælectiones? L. Jam abhinc octo dies. Nam quid aliud fieret? J. Solebamus per aliquot dies exerceri in iis repetendis, quæ antea didiceramus. L. Tribus diebus totis nihil aliud actum eſt. J. Quid exploratio? Jamne incœpta eſt? L. Hui, incœpta! propemodum finita eſt: cras ſexta Claſſis interrogabitur. J. Me miſerum! excluſus ſum à præmio. L. Etiamne præmium ſperabas? J. Quidni ſperarem? unicuique ſperare licet, præſertim ſtudioſo. L. Malim ego nihil ſperare. J. Quid ita? L. Nam ſi nihil contigerit, nulla mihi erit fruſtratio, neque moleſtia: ſin conſequar aliquid, id ego in lucro deputabo. J. Nunquamne legiſti, *vivere ſpe vidi, qui moriturus erat?* L. Imo vero legi, & memoria teneo: ſed hic nihil ad propoſitum J. Cur non? L. Quia illic loquitur Ovidius de ſpe illa, quæ in rebus adverſis retinenda eſt: quem ſenſum expreſſit Cato noſter hoc diſticho:

Rebus in adverſis animum ſubmittere noli,
Spem retine: ſpes una hominem nec morte relinquit.

J. Tu igitur nihil ſperas? L. Spero vitam æternam. J. Dicebas modo ſperandum eſſe in adverſis rebus: quæ tibi ſunt adverſa? L. Ea, quæ me oppugnant quotidie. J. Quæ tandem illa? L. Propria caro, Satan, & improbi homines, qui me injuriis afficiunt. J. Ex quo tempore factus es theologaſter: L. Nec ſum theologus, nec theologaſter? ſed quod dico, id ego didici e ſacris concionibus. J. Laudo equidem: ſed age, dic mihi ſerio, eſtne acta Claſſis noſtræ exploratio?

L. Jam

Digitized by Google

L. Jam tibi ſerio dictum puta. J. Dolet mihi non interfuiſſe. L. Citius veniſſes, quid agebas? J. Mater me coëgit vindemiæ exitum exſpectare. L. Credo, ſed tu tua voluntate coactus es. J. Ut fatear ingenue, libenter exſpectavi: ſed quid agas? homines ſumus, ut ajunt. L. Imo pueri. J. Sed vix credas, quam ſit jucundum ruſticari, præſertim ubi tanta eſt omnium fructuum affluentia. L. Eſtne vobis magnus vini proventus? J. Tantus profecto, ut majorem vidiſſe non meminerim. L. Quid ajunt ruſtici in hac tanta ubertate? J. Nihil aliud quam potationes & crapulas crepant, quin etiam vinojam perinde abutuntur, quaſi aqua fontana ſit. L. Ea eſt ſtultæ plebis dementia, ut Dei beneficiis nunquam recte uti ſciat. J. Scilicet illud eſt quod dicitur: Nunquam ſapiunt ſtulti niſi in anguſtiis. L. Ergo plectuntur merito. J. Quid, quod admonitiones etiam irrident. L. Sunt, qui nullam omnino ferrepoſſunt; quin bene & comiter etiam monentibus iraſcuntur. J. Audivi aliquid gravius: fuerunt, qui mihi verbera minarentur, quum eos humaniſſime admonerem. L. Iſtud mihi novum non eſt. Nam & quidam mihi aliquando pugnum intentavit: quod niſi veritus eſſet mei patris auctoritatem, profecto vapulaſſem acerrime. J. Sed omittamus eos, quia cœci ſunt, nec tamen ſe tales eſſe intelligunt: jactant ſe probe callere, quid ſit Evangelium, quum revera Evangelio adverſentur. L. Si verbi divini miniſtros & paſtores ſuos non audiunt, qui putas fieri poſſe, ut nos audiant? J. Sequamur ergo quod præcipit Chriſtus. Nolite ſanctum dare canibus. L. At ſunt quidam ſimplices & benevoli, qui auditione verbi divini mirum in modum delectantur: hi ſunt, quos docere eſt jucundiſſimum. J. Quam gaudeo quoties in tales incido! ut ego illos complector libenter! L. Nec immerito: nam ubi eos docueris,

Digitized by Google

Quintilianus.

Fr. Nulla res eſt, quæ perferre poſſit continuum laborem.

Quintilianus.

P. Video quorſum ſpectent iſta, nimirum ut vos ambulatum ducam: ſed eandem cantilenam ſemper fere recantatis, ut ſolent veſtræ aviculæ. D. Quid ergo vis dicamus, Præceptor. P. Dicite poſthac ſuam quisque ſententiam ex Novo Teſtamento. E. Euge, nihil erit nobis facilius: habemus enim in promtu multam earum copiam. Vis ergo, Præceptor, ut jam nunc incipiamus? P. Sane velim, quando (ut ais) tanta eſt vobis copia. E. Quis incipiet? P. Tu Deſideri, vis honoris tui cauſa hujus rei ſpeciem edere? D. Id ego libenter faciam: ſed Dei honoris cauſa. P. Laudo iſtud verbum; Divinus enim honor & gloria omnibus in rebus eſt præferenda. Eja, incipe, ſi quid habes. D. Niſi abundaverit juſtitia veſtra plus quam Scribarum & Phariſæorum, non poteſtis ingredi in regnum cœlorum.

Matth. quinto capite.

E. Depoſito mendacio loquimini veritatem quisque proximo ſuo.

Ad Epheſios capite quarto.

Fr. Filii obedite parentibus in omnibus: hoc enim placet Domino.

Ad Coloſſenſes tertio.

P. Euge, bonam ſpeciem; videte, ut progreſſus reſpondeat, hoc eſt, ut pergatis in poſterum diligenter. D. Qui nobis principium dedit, dabit idem ſucceſſus proſperos. P. Ita ſperandum eſt. Parate vos, ut prodire maturemus. D. Mox aderimus paratiſſimi. P. Sumite ſuum quisque pallium, ut prodeatis honeſtius. Sed heus, pueri. E. Quid vis Præceptor? P. Videte, ut Pſalmos etiam adferatis, alicubi in umbra cantabimus. E. Ita fiet ambulatio noſtra jucundior.

COL-

Digitized by Google

COLLOQ. IX.

Argumentum: *Patientia in parvis excitata paulatim crescit. Volente Deo nobis accidunt mala. Providentia Dei. Memoria fluxa eam non exercentibus. Memoriæ exercendæ ratio. Negligentia. Spiritus Dei nos excitat.* Brevis exhortatio ad excutiendam negligentiam, pigritiam, tarditatem.

Franciscus, Georgius.

Quo ludi genere te hodie exercuisti? G. Juglandium. F. Ecquid lucri feciſti? G. Imo perdidi. F. Fortuna igitur tibi adversa fuit. G. Nescio quæ fortuna: tantum scio mea culpa id accidisse, sed ita volente Deo. F. Cur Deus id voluit? G. Ut hinc discam ferre graviora, cum acciderent. F. Quasi vero Deus lusiones puerorum curet. G. Curat profecto: quin etiam nihil fit in rerum natura sine divina providentia. F. Siccine philosopharis? quisnam te ista docuit? G. Non tute audisti toties ex concionatore nostro? F. Fieri potest ut audierim: sed quid agas? fluxa est mihi memoria. G. Nimirum, quia illam non exerces. F. Quomodo exercenda est? G. Primum diligenti attentione: hoc est, diligenter advertendo ad ea, quæ audimus, aut legimus: deinde eadem sæpe repetendo: denique docendo alios ea, quæ didicimus. F. Ista nobis sæpius inculcantur à Præceptore: sed (me miserum!) quam supina est hæc mea negligentia! G. Sic sumus omnes, nisi Spiritus ille Dei nos excitet. F. Quid igitur faciam? G. Expergiscere, mi Franciscе: toto animo, totisque viribus ad Deum aspira; illum assidue & pio affectu precare: vigilans esto: pravos fugito, versare cum bonis: tum moribus facillimis effice, ut eos tibi familiares reddas. F. Quid tandem consequar? G. Rogas? si te istis moribus assuefeceris, Dominus Deus sua clementia tui miserebitur, brevique animum tuum immutatum senties. F. O quam opportunus hûc mihi congressus fuit! obsecro

ſecro te, mi Georgi, ut ſæpius colloquamur. G. Per me non ſtabit, quoties utrique licebit per otium. F. Gratias ago maximas. G. Non eſt, quod agas, recipiamus nos in auditorium.

COLLOQ. X.

Argumentum: *De negligentia quidam admonetur. Admonitio ad ſomniculoſos. Præceptorum moralium uſus. Quotidie proficiendum. Vitia naturalia.* Armis ſpiritualibus pugnandum cum vitiis.

Fontanus, Gerardus.

Non ſatis mirari poſſum, te non eſſe diligentiorem. G. Qua in re videor tibi negligens? F. Quod mane fere nunquam ades in tempore: atque inde fit, ut pene quotidie noteris in catalogo. Cur tu es adeo ſomniculoſus? G. Mea ſic fert natura. F. Corrige naturam iſtam, hoc eſt naturæ vitium: quid tibi profuit Catonis noſtri dictum? G. Quodnam quæſo? F. *Plus vigila ſemper: nec ſomno.* G. Ne plura: ego probe memini. F. Nihil prodeſt meminiſſe, niſi ad uſum tuum accommodes. G. Utinam & hoc & alia præcepta ſalubria tam facile ad bene vivendi uſum transferremus, quam ea facile ediſcimus. F. Ut verum fatear, præcipere quam præſtare multo eſt facilius. Sed tamen eniti debemus, ut vel monitis vel precibus proficiamus aliquid, & indies evadamus meliores. G. Qui id non facit, ejus ſalus deſperanda eſt: ſed nihil difficilius emendatur, quam naturale vitium. F. Omnia fere vitia nobis ſunt naturalia: & niſi Dei bonitas ſervaret nos, eſſemus omnes ſceleratiſſimi. G. Quid igitur faciendum? F. Fortiter cum vitiis noſtris pugnandum eſt. G. Quo duce? F. Ipſo Deo. G. Quibus armis? F. Divinis & ſpiritualibus. G. Ubi tandem inveniuntur? F. In epiſtola ſancti Pauli ad Epheſios. G. Quoto capite? F. Sexto. G. Quid ſi locum per me non intellexero? F. Non omnino intelliges, ſatis ſcio: ſed

Præ-

Præceptor erit conſulendus. G. Quid ſi mecum adfueris? F. Adeſſe volo, certum eſt: verum captanda erit opportunitas. G. De hoc igitur alias conſilium capiemus. F. Quando iſtud erit? G. Proximo die Mercurii, ſi tibi ita videtur. F. Quota hora? G. Poſt meridiem prima. F. Placet ſententia. G. Nunc igitur diſcedamus.

COLLOQ. XI.

Argumentum: *De ſtudiorum tempore amiſſo. Ejus recuperandi ſpes, & quibus modis id fieri poſſit. Viva magiſtri vox.* Hortatio ad animum bonum.

Georgius, Herminius.

Tantum igitur hodie e villa revertiſti? H. Hodie tantum, idque paulo ante prandium. G. Atque dixeras, te futurum illic modo biduum. H. Ita ſperabam fore, & ſic pater promittebat. G. Quid igitur obſtitit, quo minus redieris citius? H. Mater me detinuit, tametſi etiam cum lacrymis eam obſecrarem, ut me miſſum faceret. G. Sed cur te tam diu remorata eſt? H. Ut ſe comitarer in reditu. G. Quid vero agebas interea? H. Colligebam fructus cum ruſticis noſtris. G. Quos fructus? H. Quaſi non ſint tibi noti fructus autumnales, & ſerotini, pyra, mala, juglandes, caſtaneæ. G. O jucunda exercitatio! H. Non eſt jucunda ſolum, ſed etiam frugifera. G. Sed hoc malum, quod interim quinque aut ſex prælectionum fructus tibi periit. H. Non omnino periit, ſpero; curabo pro viribus, ut aliqua ex parte recuperem. G. Quid facies? H. Deſcribam quam potero diligentiſſime. G. Quid tum poſtea? H. Ediſcam ipſam auctoris orationem. G. Sed ſententiam non ſatis intelliges. H. Ipſa me juvabit Præceptoris interpretatio, ut ſenſum magna ex parte aſſequar. G. Nec tamen id ſatis erit. H. Tu (ſi placet) aderis mihi per otium, ut conferamus una. G. Libenter equidem faciam: ſed ne iſtud quidem ſufficiet. H. Non habeo quid poſſim amplius. G. Quanto præſtiſtet

tiſſet vivam audire magiſtri vocem! H. Multo ſane præſtiterat: ſed quando id mihi non contigit, nec mea culpa factum eſt, nihil habeo, quod me accuſem in hac parte. G. Recte dicis, fac igitur habeas animum bonum. Nam quod ego tecum pluribus verbis de hac re diſputavi, non ideo feci, ut vellem te adducere in deſperationem: ſed totum illud profectum eſt ex meo in te amore ſingulari. H. Haud mihi dubium iſtud eſt: quo fit, ut majorem tibi habeam gratiam. G. Sed ecce, vocat nos ad cœnam tintinnabulum. H. Nuncius opportunus.

COLLOQ. XII.

Argumentum: *Præceptoris accuſatio in vernacule loquentes. Ejusdem ad latine loquendum exhortatio. Interpretatio edicti de vetito vernaculo ſermone.* Male acturi quærunt latebras. Iniquorum perverſitas. Nitimur in vetitum. Doctrina Chriſti & timor Dei avocant à malo. Exhortatio ad recte vivendi ſtudium.

Gerardus, Honorius.

Adfuiſti matutinæ precationi? H. Adfui: tu vero ubi eras? G. Iveram ad patrem in cauponam. H. Quid eo? G. Heri veſperi juſſerat, ut ſe convenirem bene mane. H. Qui auſus es tam mane prodire, idque inconſulto Præceptore? G. Jam heri veniam impetraram, antequam iretur cubitum. Sed dic mihi, quid ille à precatione palam admonuit? H. Audivi (inquit) eſſe inter vos, qui ſæpe numero vernacule fabulentur, & nemo interea veſtrum mihi quicquam indicat, quod eſt argumentum conſenſionis omnium in eodem peccato: hæc fuit accuſationis ſumma: deinde in eam ſententiam multa dixit, quæ meminiſſe non potui. G. Sed quæ tandem fuit concluſio? H. Quamobrem (inquit) admoneo vos, ut alius alium ad latine loquendum cohortemini diligenter, & eorum nomi-

Digitized by Google

nomina, qui parere noluerint, ad me quamprimum deferatis; ut huic malo remedium adhibeam. Ger. Nullum igitur verbum licebit efferre vernaculum? H. Quantum ex verbis ejus colligere potui, non ita rem intelligit. Non enim, ut scis, usque adeo est severus exactor, ut statim puniat, si cui verbum aliquod inter colloquendum exciderit. Ger. Aliquoties (ut memini) palam dixit, edictum suum ad eos demum pertinere, qui cum latine sciant, tamen semper latibula quærunt. H. Ea est quorundam pertinacia, ut malint sæpissime vapulare, repugnando præceptis honestissimis, quam laudari atque etiam diligi obsequendo. Ger. Meministi audire ex ipso præceptore. *Nitimur in vetitum*: H. Memini: atque adeo est verissimum: tamen qui doctrinam Christi libenter amplectuntur, non studio peccant, neque malitia. Ger. Istud præstat verus ille timor Domini. H. Tales igitur, quoad licet per naturæ infirmitatem, sedulo cavere nituntur; ne quid scientes faciant; dicant aut cogitent, quo Deus vel minimum offendatur. Ger. Ergo studeamus & nos idipsum cavere: studeamus recte vivere, & Dei nostri parere voluntati: non modo ne vapulemus, sed magis ut illi optimo Patri nostro placeamus. H. Ita fiet, ut vere simus non tenebrarum, sed lucis filii. Ger. Sed de his alias pluribus: nunc ad disputationes recipiamus nos. H. Ecce, vocat signum.

COLLOQ. XIII.

Argumentum: *Discessus quidam ante vacationem scholasticam deprehenditur à condiscipulo.* Consilia humana à Deo reguntur. Sua cuique tractanda scientia. Modeste sapiendum.

Herminius, Jacobus.

Tu igitur cras (ut audio) discessurus es? J. Cras, si Dominus permiserit. H. Eho, cur tam cito? J. Urget

me pater. H. Imo tu urges patrem. J. Itane tibi videtur? quomodo patrem urgere possum? H. Assidua missione literarum. J. Tantum semel scripsi instare vacationem scholasticam. H. Quando misisti literas? J. Hebdomade superiori. H. Quo die? J. Veneris. H. Quid facies domi? J. Instat vindemia: interim colligendi sunt fructus arborum. H. Poteras exspectare dimissionis diem. J. Nescio, quando sit futurus. H. Spero fore ad finem proximæ hebdomadis. J. Sed istud non est in nostro situm arbitrio. H. Ne in Præceptoris quidem. J. Cujus igitur? H. Solius Dei, qui hominum consilia suo nutu gubernat. J. Atqui Satanas videtur interdum gubernare. H. Quantum Deus ipsi permittit. Sed ista sapientioribus relinquamus. J. Tutius est: monet enim proverbium: Ne sutor ultra crepidam. H. Sæpe istud ex Præceptore audivimus. J. Idem quoque non semel docuit nos illam Pauli sententiam: Noli altum sapere: sed time. H. Illud etiam frequenter habet in ore: Altiora te ne quæsieris. J. Sed audin' tu, ad cœnam signum dari. H. Adhuc pulsat aures meas tintinnabulum. J. Eamus in aulam, ne desimus precationi. Cras ante discessum te salutabo.

COLLOQ. XIV.

Argumentum: *In vacatione scholastica studiosi adolescentes libenter quidem relaxant animos, non tamen omnino cessant, nec otio illo per ignaviam abutuntur.* Fides etiam inimico servanda. Agendi affectus addit celeritatem. Solus Deus suorum ductor. Exemplum studiosis observatu dignissimum.

Honorius, Justus.

Fuistine hodie in Gymnasio? J. Ubi ergo fuissem? tu vero quid agebas? H. Eram domi occupatus. J. Id evenit præter morem tuum? soles enim abesse rarius. H. Quam possum rarissime, quid autem actum est? J. Nihil prorsus. H. Ergone remissionem habemus? J. Certe. H. Quamobrem? J. Propter mercatum hodiernum. H. Quis

Digitized by Google

Quis dedit? J. Ludimagiſter, permiſſu tamen Rectoris. H. Quid conceſſit? J. Vacationem ab omni munere ſcholaſtico. H. An in totum diem? J. A mane ad occaſum uſque ſolis: tametſi diligenter & multis quidem verbis admonuit, ut in otio de negotio cogitaremus; ne cras in ludum veniremus imparati. H. Quid igitur nos? hoccine abutemur otio? J. Id vero ætatem noſtram decet minime. H. Tu ergo, quid paras facere? J. Me recipere in muſeolum: niſi forte tibi magis placet, ut ſesquihoram aliquo prodeamus ambulatum. H. Egone recuſarem? imo nihil eſt, quod nunc magis velim: nam & nos interea tractabimus aliquem ſermonem literarum, & ſimul corpus exercebimus. J. Eamus igitur extra muros. H. Quonam? J. Uſque ad ripam lacus. H. Valde iſtud mihi arridet: ſed tu (ſi placet) me exſpectabis. J. Quamdiu? H. Tantiſper, dum crepidas eo mutatum calceis. J. Ubi vis exſpectari? H. Ad portam Franciſcanam. J. At vide, ne me fallas. H. An ego amicum fallerem: quum ſciam etiam inimico ſervandam eſſe fidem? J. Abi, feſtina: ego, dum te opperior, aliquid interim legam. H. Salve, Juſte. J. Quis iſte ſalutator? H. Ecce: redii. J. Eho! tam cito! mihi videris volaſſe. H. Nimirum affectus ipſe pedibus alas addidit. J. Eamus nunc ducente Deo. H. Solus Deus eſt, qui ſuos ducit ac reducit. J. Maturemus, ſatis longe hinc lacus abeſt. H. Tanto melius prandebimus: perge.

COLLOQ. XV.

Argumentum: *De exercitationibus poſt vacationem ſcholaſti. cam revocatis. De claſſium exploratione ante promotiones. De ſpe præmii. De eadem in adverſis rebus. De fructibus autumnalibus. De maximo vini proventu. De abuſu vini in ſumma copia. De admonitionum contemtu. De iis, qui ſe dociles præbent ad verbum Dei audiendum.*

Jacobus, Lambertus.

Salve, Lamberte optatiſſime! L. Salve & tu vinde-

miator jucundiſſime. J. Quomodo ſe habet ſchola? L. Optime. J. Jamne redierunt multi? L. Vix quarta pars nunc abeſt. J. Quid agitur? L. Docetur, legitur, ſcribitur, repetitur. J. Iſta ſunt generalia & quotidiana: ſed quid fit in noſtra Claſſe? L. Idem quod fit in cæteris, & quod fiebat ante vacationem. J. Ergone jam ſerio habentur prælectiones? L. Jam abhinc octo dies. Nam quid aliud fieret? J. Solebamus per aliquot dies exerceri in iis repetendis, quæ antea didiceramus. L. Tribus diebus totis nihil aliud actum eſt. J. Quid exploratio? Jamne incœpta eſt? L. Hui, incœpta! propemodum finita eſt: cras ſexta Claſſis interrogabitur. J. Me miſerum! excluſus ſum à præmio. L. Etiamne præmium ſperabas? J. Quidni ſperarem? unicuique ſperare licet, præſertim ſtudioſo. L. Malim ego nihil ſperare. J. Quid ita? L. Nam ſi nihil contigerit, nulla mihi erit fruſtratio, neque moleſtia: ſin conſequar aliquid, id ego in lucro deputabo. J. Nunquamne legiſti, *vivere ſpe vidi, qui morituru erat?* L. Imo vero legi, & memoria teneo: ſed hic nihil ad propoſitum J. Cur non? L. Quia illic loquitur Ovidius de ſpe illa, quæ in rebus adverſis retinenda eſt: quem ſenſum expreſſit Cato noſter hoc diſticho:

Rebus in adverſis animum ſubmittere noli,

Spem retine: ſpes una hominem nec morte relinquit.

J. Tu igitur nihil ſperas? L. Spero vitam æternam. J. Dicebas modo ſperandum eſſe in adverſis rebus: quæ tibi ſunt adverſa? L. Ea, quæ me oppugnant quotidie. J. Quæ tandem illa? L. Propria caro, Satan, & improbi homines, qui me injuriis afficiunt. J. Ex quo tempore factus es theologaſter: L. Nec ſum theologus, nec theologaſter? ſed quod dico, id ego didici e ſacris concionibus. J. Laudo equidem: ſed age, dic mihi ſerio, eſtne acta Claſſis noſtræ exploratio?

L. Jam

L. Jam tibi ſerio dictum puta. J. Dolet mihi non interfuiſſe. L. Citius veniſſes, quid agebas? J. Mater me coëgit vindemiæ exitum exſpectare. L. Credo, ſed tu tua voluntate coactus es. J. Ut fatear ingenue, libenter exſpectavi: ſed quid agas? homines ſumus, ut ajunt. L. Imo pueri. J. Sed vix credas, quam ſit jucundum ruſticari, præſertim ubi tanta eſt omnium fructuum affluentia. L. Eſtne vobis magnus vini proventus? J. Tantus profecto, ut majorem vidiſſe non meminerim. L. Quid ajunt ruſtici in hac tanta ubertate? J. Nihil aliud quam potationes & crapulas crepant, quin etiam vinojam perinde abutuntur, quaſi aqua fontana ſit. L. Ea eſt ſtultæ plebis dementia, ut Dei beneficiis nunquam recte uti ſciat. J. Scilicet illud eſt quod dicitur: Nunquam ſapiunt ſtulti niſi in anguſtiis. L. Ergo plectuntur merito. J. Quid, quod admonitiones etiam irrident. L. Sunt, qui nullam omnino ferrepoſſunt; quin bene & comiter etiam monentibus iraſcuntur. J. Audivi aliquid gravius: fuerunt, qui mihi verbera minarentur, quum eos humaniſſime admonerem. L. Iſtud mihi novum non eſt. Nam & quidam mihi aliquando pugnum intentavit: quod niſi veritus eſſet mei patris auctoritatem, profecto vapulaſſem acerrime. J. Sed omittamus eos, quia cœci ſunt, nec tamen ſe tales eſſe intelligunt: jactant ſe probe callere, quid ſit Evangelium, quum revera Evangelio adverſentur. L. Si verbi divini miniſtros & paſtores ſuos non audiunt, qui putas fieri poſſe, ut nos audiant? J. Sequamur ergo quod præcipit Chriſtus. Nolite ſanctum dare canibus. L. At ſunt quidam ſimplices & benevoli, qui auditione verbi divini mirum in modum delectantur: hi ſunt, quos docere eſt jucundiſſimum. J. Quam gaudeo quoties in tales incido! ut ego illos complector libenter! L. Nec immerito: nam ubi eos docueris,

tum demum frueris laboris tui fructu, non ſine voluptate maxima. J. Sed nos quid cogitamus? non vides, ut nox fere nos oppreſſerit? L. Diſcedamus igitur: & cras (ſi Dominus permiſerit) pluribus verbis agamus unà de ſtudiis alacriter repetendis.

COLLOQ. XVI.

Argumentum: *Ludovicus à Præceptore deprehenſus in delicto, amicum Juſtum conſulit, quo remedio pœnas evadat. Deo volente adverſa nobis accidunt. Falſo nobis adſcribimus, quæ ſoli Deo tribuenda ſunt. Cupediæ tentant pueros. Magiſtri in pueris deprehenſis prudentia. Excuſationes frivolæ. Pœnarum metus ad remedium quærendum impellit. In adverſis ad Deum inprimis confugiendum eſt. Conſilium ſine Deo nihil prodeſt. Salus omnis à Deo ſperanda. Præceptoris prudentia in tractanda ingeniorum varietate. Conſilium utile ad pœnas evadendas. Occaſio captanda in adeundis hominibus.* Exemplum fidelis amicorum conſilii in rebus adverſis.

Juſtus, Ludovicus.

Quid eſt, quod ita te triſtem video? L. Me miſerum! vix ſum compos animi, ita ſum timore perculſus. Juſt. Quid iſtud eſt? L. Præceptor nos deprehendit. Juſt. Qua in re? furtone? L. Ah! minime gentium. Juſt. In quo igitur? L. In ſecreta compotatione. Juſt. Indignum facinus. L. Heu, me miſerum, me miſerum! quid agam? Juſt. Ah! ne te affligtes tantopere, qui aderant tecum? L. Fluvianus & Forenſis. O perditos, qui me huc impulerunt! Juſt. Ubi id factum fuit? L. In cubiculo Fluviani, qui utinam hodie e lecto non ſurrexiſſet! Juſt. Quomodo tandem deprehenſi eſtis? non erat obſeratum cubiculum? L. Imo erat: ſed (ut ſcis) Præceptor claves habet omnium conclavium: præterea putabamus illum in conventum hodiernum fratrum acceſſiſſe: alioqui peſſulum obdidiſſemus oſtio. Juſt. Utcunque res habet, Deo volente accidit. L. Sic omnino ſum perſuaſus: ſed fere ita ſolemus noſtra omnia ſive bona ſive mala, vel prudentiæ noſtræ attribuere vel imprudentiæ.

tiæ. J. Qua occaſione compotationem iſtam occœperatis? L. Illi duo (quod ſatis noſti) non ſunt convictores. Juſt. Quid tum? L. Domo allatæ fuerant eis ad victum neſcio quæ cupediæ; quæ utinam in via periiſſent! Juſt. Sed noluit Deus: perge. L. Quia illos interdum per otium doceo, heri poſt cœnam ad iſtas epulas me invitarant in hodiernum jentaculum. Juſt. Tibi infauſtum jentaculum: ſed quid? eratne caninum? L. Imo plus ſatis erat vini. Habet enim vini doliola in cella Præceptoris. Juſt. Quid Præceptor, ubi vos ſic epulantes vidit? annon excanduit graviſſime? L. Nihil prorſus commotus eſt: ſed ſubridens, Volo, inquit, eſſe de iſto ſympoſio, ſi placet. Juſt. O moleſtum convivam! quid vos? L. Attoniti omnes obmuteſcimus. Nam eo dicto ſtatim ſe proripuit. Juſt. Omnia ſigna video hic eſſe peſſima. L. Quis ita non judicet? Juſt. Oportet Præceptorem alicunde rem olfeciſſe. L. Suſpectus eſt mihi quidam, qui nos indicaverit. Juſt. Quem ſuſpicaris? L. Dicam tibi poſt rei exitum. Juſt. Quod invenietis huic malo remedium? L. Neſcio, valde ſtupemus omnes; tametſi duo illi convivatores mei nihil videntur eſſe ſolliciti: habent enim in promtu cauſam. Juſt. Quid tandem cauſari queunt? L. Iveramus jentatum, inquient, qui mane, quum cæteri jentarent, eramus cum parentibus, qui heri nobis attulerant alimenta. Juſt. Iſtud quidem eſt aliquid: ſed non tamen ſic pœnas evadent. L. Cur non? Juſt. Quia fieri debuit in triclinio palàm, non autem clanculum in cubiculo. Illud etiam cauſam gravabit, quod te, cum ſis convictor, quaſi ad crapulandum abduxerint: quod quidem ipſi Præceptori eſt maxime odioſum, tua tamen cauſa eſt longe peſſima. L. Cedo igitur, quid faciam, mi Juſte. Juſt. Age conferamus conſilia, quibus (ſi fieri poteſt) abſolvaris. L. Nihil eſt, quod à me exſpectes in eo genere. Neque enim conſilii locum habeo, neque ullam

remedii copiam. Sed tu (obſecro) explica vires ingenii tui ad me cito juvandum. Animus pendet mihi: inſtat pœna, ſatis vides: ea (niſi quid impediat) poſt cœnam exigetur. J. Id nequaquam fiet: quum enim crimen publicum non ſit, non erit pœna publica. L. Sive publice, ſive privatim id futurum eſt, non differetur. J. Recte judicas. L. Id cauſæ eſt, quamobrem nunc ad opem tuam confugerim: quod ſi me deſeris, actum eſt: dabo pœnas graviſſimas. J. Ad Deum potius confugiendum fuit, ſine quo nullum valet conſilium: a quo item ſalus omnis & petenda & ſperanda eſt. L. Res eſt manifeſta ſatis: & ego priusquam te adirem, non prætermiſi precandi officium: ſed tamen vult ille pater clementiſſimus, ut iis utamur auxiliis, quæ nobis offert ipſe, & quaſi in manum dat. Quare te oro per noſtram arctiſſimam neceſſitudinem, ut conſilio tuo nunc mihi ſuccurras. Hic non eſt ceſſandi aut tardandi locus; huc igitur vires tuas intende: hanc cauſam ſuſcipe obſecro. J. Quandoquidem ſic inſtas, ut vim adferre quodammodo videaris, dicam ex animo & vere, quod ſentio. Noſtin' Præceptoris ingenium? L. Novi (opinor) ex parte aliqua. J. Ergo memoria tenes, nihil eſſe illo clementius, iis quidem, quos videt ſubmiſſos eſſe & culpam ingenue confiteri; ſuperbis autem & contumacibus vix aliquid poteſt ignoſcere. L. Egomet iſta non ſemel obſervavi. J. Scin' igitur quid facies? L. Dic mihi, quæſo. J. Dum tua res adhuc integra eſt, tibi ſuaſero, ut hominem ſolus adeas in muſeum: & orationem habeas in hanc ſententiam: En ego, Præceptor humaniſſime, graviter peccavi, fateor: ſed (ut ſcis) prima eſt noxa quam admiſerim. Nunquam enim antea quicquam admiſeram, quod flagris dignum videretur. Quamobrem, clementiſſime Præceptor, hanc primam culpam (ſi tibi pla-

ed by Google

placet) priſtinæ integritati condonabis. Quod ſi unquam poſthác recidero, cauſam non dico, quin plectar ſeveriſſime. Hac aut ſimili oratione illum (ut ſpero) exorabis. L. O conſilium prudens & opportunum! J. Utere, ſi tibi videtur, tale certe eſt, quale mihi dari vellem in ejusmodi malo. L. Sed unum reſtat, de quo ſum ſollicitus. J. Eho, quid reſtat? L. Non potero tam breviter & commode dicere in conſpectu Præceptoris, quam tu nunc dixiſti. J. Non debes adeo de verbis meis eſſe ſollicitus, modo teneas ſententiam. L. Propemodum teneo. J. Bene habet: ſcribe nunc craſſo modo ut poteris: deinde conferemus una: poſtea ediſcas ad verbum diligenter. L. Hoc nihil eſt neque tutius, neque certius: ſed quo tempore cenſes illum adiri poſſe opportune? J. Quum primum videbis eum à prandio ſe recipere in bibliothecam: aut ſi forte (ut ſolet) ambulatum in horto ſolus iverit, tunc illum ſtatim ſequere. L. Quonam utar exordio? J. Non opus eſt alio, quam quo apud illum uti ſolemus omnes. L. Quod eſt illud? J. Præceptor, licetne pauca? L. Bene vertat Deus omne conſilium tuum. Nunc eo ſcriptum quod dixiſti: deinde te reviſam. J. Matura: nam inſtat hora prandii.

COLLOQ. XVII.

Argumentum: *De moribus adoleſcentis ingenui tam abſente patre quam præſente. De quinto Decalogi præcepto. Locus Pauli de honore liberorum erga parentes.* Exemplum ſimulatæ repugnantiæ ad eliciendum colloquium.

Lambertus, Martinus.

L. Pater tuus (ut accepi) rediit e Gallia. M. Rediit ſane. L. Quando? M. Die lunæ veſperi. L. Adventus ejus non tibi moleſtus fuit? Mart. Quid moleſtus? Imo vero jucundiſſimus: ſed cur iſtud rogas? L. Quia forſitan illo abſente liberius vivendi tibi eſt pote-

Digitized by Google

ſtas. M. Neſcio, quam mihi libertatem narres. L. Potandi, ludendi, curſitandi. M. An igitur putas, me nihil aliud agere, dum pater abeſt? L. Sic vere ſolent omnes. M. Diſſoluti quidem. Nam, quod ad me attinet, abſente patre ſic vivo, ut eo præſente. Non poto, ſed bibo; quantum ſatis eſt: ludo, quum tempus poſtulat: non diſcurro, ſed cum bona matris venia in publicum prodeo, quum aliquid habeo negotii. L. Etiamne matri tantopere ſubditus es? M. Æque ac patri: quid enim putas? nonne de utroque æquale eſt præceptum Domini? L. Honora (inquit) patrem tuum & matrem tuam. M. Quid Ethnicus ille auctor diſtichorum moralium?

Æqua diligito caros pietate parentes:
Nec matrem offendas, dum vis bonus eſſe parenti.

Quid Paulus noſter? Filii, obedite (inquit) parentibus in Domino. Nonne parentis nomine pater & mater continentur? L. Iſtud à latinis obſervatur auctoribus. M. Quin etiam ſi quod eſſet reverentiæ diſcrimen, videremur optimo jure plus debere matribus, ut quæ dolores tantos ac labores propter nos pertulerunt. L. Novi ego iſta: & quæ dixiſti, placent mihi omnia. M. Cur ergo mihi repugnabas? L. Ut ea quaſi repugnantia nobis accerſerem ſermonis materiam. Nam (ut tute noſti) Præceptor ſæpe nos exhortatur, ut noſtrum otium in ejuſmodi ſermonibus impendamus. M. Bonum ſane otium, quod honeſto in negotio conſumitur. L. Huc pertinet illud Africani apophthegma, qui dicebat, ſe nunquam minus otioſum eſſe, quam quum otioſus eſſet, ut ex Cicerone didicimus. M. Sed jam tempus monet, ut huic ſermoni finem imponamus. L. Recte mones: fortaſſe enim tua cauſa cœna tardatur domi. M. Plura (ſi Dominus permiſerit) in proximo congreſſu. L. Precor tibi noctem proſperam. M. Et ego tibi placidam per membra quietem.

COL-

COLLOQ. XVIII.

Argumentum: *Quidam conſolatur amici deſiderium ac dolorem de patris abſentia.* Exemplum caritatis in afflictis conſolandis.

Ludovicus, Marcus.

Subtriſtis mihi videris, Marce: quid rei eſt? M. Dies noctesque de patre abſente cogito: & ob eam rem interim mœrore conficior. L. Quam pridem abeſt? M. Quatuor abhinc menſes. L. Nihil ad vos interea ſcripſit? M. Ex quo diſceſſit, ne verbum quidem audivimus. L. Fieri poteſt, ut ſcripſerit, ſed ut literæ interciderint, aut fuerint interceptæ. M. Quod dicis, veriſimile eſt. Nam antea, ubicunque eſſet, ſolebat nobis ſcribere. L. Nonne hâc æſtate iverat Lutetiam? M. Eo certe conſilio tunc ſeſe in viam dederat. L. Confido ſalvum eſſe. M. Ego quoque non diffido: ſed non ideo meus allevatur dolor. L. Quid ait mater? M. Fere ſemper lamentatur: inde fit, ut mihi duplicetur ægritudo. L. Sed tamen non uſque adeo te macerare debes. Potius enim de illo bene ſperare oportet, quam te ſic macerare. Quid enim ſunt quatuor menſes? quotula eſt pars eorum, qui tot annos domo abſunt, interim jactati per varios caſus, per tot diſcrimina rerum? M. Sed quid me conſolantur aliorum caſus & pericula? L. Vide tamen, ne ſis nimium delicatus, qui patris deſiderium tantillo tempore ferre non queas. M. Ferrem equidem æquo animo, modo illi bene eſſe ſaltem intelligerem. L. Cui poteſt eſſe male, qui in Deo ſpem omnem collocavit? ſive enim vivimus, ſive morimur, Dei ſemper ſumus: ut Divus Paulus ait. M. Nihil dubito illud eſſe veriſſimum: ſed ea eſt carnis hujus infirmitas. L. Quid faceret igitur, qui in Chriſto ſpem nullam habet? M. Neſcio. L. Sed cave tamen, ne iſtâ tuâ impatientia Deus ipſe offendatur. M. Delictum ſubinde agnoſco, & ſupplex imploro veniam. L. Facis, ut debes,

Digitized by Google

bes. Sed audi quæso, quid mihi nunc in mentem venerit. M. Quid istud est? L. Quid si Pater tuus navigaverit in Britanniam negotiandi causa? illic enim nunc est libertas maxima. M. Quam libertatem dicis? L. Evangelii; quod illic auditur liberrime. M. Ain' tu Evangelium nunc esse in Britannia? L. Certa res est. M. Atque idololatriam profligatam? L. Omnino. M. O auditu jucunda Evangelia! L. Imo jucundissima. M. Sed unde scis ista? L. Unde sciam, rogas? miror ego te adhuc ignorasse, quod in ore est omni populo. M. Mirari desines, si scias, ubi nos habitemus. L. Ubi quæso? M. In angulo totius urbis remotissimo. L. Atqui putabam vobis esse domicilium in vico ad Molardum. M. Jam ante migraveramus, quam peregre pater esset profectus. L. Quod igitur ignorabas, nunc habeto certissimum, utque magis credas, hoc audi præterea: major pars Britannorum, qui ob Evangelium in hanc urbem, tanquam ad asylum sese receperant, in patriam remigrarunt jam ante dies quindecim. M. O Ludovice, quantum me isto nuncio de Britannicis rebus hodie recreasti! qualem adhibuisti meo dolori medicinam! L. Sic solet DEUS noster suis adesse in extremis angustiis. M. Mirum ni pater est in Britannia: jam pridem enim sæpius querebatur, quod non esset tutus illuc accessus ad mercaturas obeundas. L. Quin etiam Britannus quidam, homo neque levis, neque nugator, narrabat his diebus patri meo, se literas certas illinc accepisse, in quibus hoc erat inter cætera, omnes undique ob Christi nomen profugos, in ipsa Britannia excipi humanissime, tractarique benignissime. M. Quid est igitur quod amplius dubitemus? L. Nulla (ut audis) restat ea de re dubitatio. M. Tantum supereſt, ut inprimis Dei optimi maximi bonitatem extollamus, quanta possimus

mus laude & gratiarum actione: deinde ſedulo atque aſſidue precemur, ut ſua beneficia non modo confirmet, ſed etiam in dies magis augeat. L. Igitur, mi Marce, memineris patris ſalutem ipſo Deo per Chriſtum ſæpiſſime commendare, idque votis & precibus ardentiſſimis. M. Utinam ille ſuo Spiritu ſic afficiat animum meum, ut ex imo pectore ejusmodi preces effundere valeam, quas ipſe dignetur exaudire. L. Votum ſanctiſſimum: modo (quod quidem credo) ex animo profectum. M. O mirabilem conſolatorem Deum noſtrum! O quantum valet in adverſis rebus veri amici conſilium & conſolatio! L. Sed quo nunc is? M. Domum recta propero, ut hæc matri quamprimum nunciem, atque ejus animum omni expleam gaudio. L. Faxit Deus, ut illa ſerio exhilaretur. M. Ita precor.

COLLOQ. XIX.

Argumentum: *Nicolaus narrat Martino de inopinato patris adventu, ob falſum de morbo rumorem. Cito iraſcens facile placatur: Ira puerorum brevis.* Exemplum paternæ diligentiæ in liberorum cura.

Martinus, Nicolaus.

M. Quâ pecuniâ emiſti librum iſtum? N. Qua cenſes, niſi mea? M. Miror, unde habueris. N. Quid miraris? An tibi debeo reddere rationem? M. Egone exigo? N. Videris exigere. M. Non exigo, inquam, ſed ſic ſolemus inter nos familiariter & libere fabulari, ut latine ſemper condiſcamus aliquid. N. Ea res, fateor, plurimum confert nobis ad latine loquendi facultatem. Sed nemo eſt tam lenis, quin interdum ſubiraſcatur. M. Eſt ut dicis: ſed eſt brevis puerorum ira. N. Quod autem de pecunia rogabas, eam à patre acceperam. M. Quando venerat? N. Ab hinc octo dies. M. Miror, quod eum non viderim. N. Non eſt, quod

quod mireris. M. Quid ita? N. Quia vix ſesquihoram hîc moratus eſt. Quum enim de equo deſcendiſſet, meque paucis eſſet allocutus: Aſcendamus, inquit, in tuum cubiculum, ut tecum liberius colloquar. M. Sed antequam narras cætera, velim ſcire, quid ſibi vellet adventus ejus tam inopinatus. N. Falſo quodam rumore (ut fit) audierat me ægrotum eſſe. M. Quid ille, quum præter ſpem te valentem invenit? N. Mirifice affectus eſt gaudio. M. Quis dubitet? N. Præterea Deo optimo maximo maximas egit gratias. M. Libenter hæc audio: perge quæſo. N. Tunc me de valetudine percontatur: una precamur, non ſine gratiarum actione: tandem quærit, ecquid mihi opus ſit. Opus (inquam) pater. Qua (inquit) re eges? Libro (inquam) decem alborum. Tunc illico promit ex marſupio imperialem: eum mihi in manum dat, & vale dicto, ſtatim conſcendit equum, atque abiit. M. Cur tibi plus dedit, quam petiveras? N. Iſtud inepte quæris. Scilicet ita lætus erat, quia me, præter ſpem, bene ſanum offenderat. Quod ſi vel coronatum petiviſſem, tam facile dediſſet mihi. M. O quantum debes illi ſummo Patri, qui tibi adeo bonum patrem dederit! N. Ne cogitari quidem poteſt, quantum debeam. Nam etiamſi malum dediſſet, deberem tamen non parum. Sed quid ceſſamus auditum ire prælectionem? M. Jam inſtat hora tertia. N. Parata ſunt mihi omnia. M. Mihi quoque. N. Eamus ergo in auditorium.

COLLOQ. XX.

Argumentum: *Ab obſervatore monetur quidam adoleſcens, ut in admonendo fratrem minore ſit diligentior. Pergendum conſtanter in admonendis omnibus, præcipue qui nobis conjuncti ſunt. Bonæ indolis ſignum quodam in puero.* Exemplum fraternæ admonitionis.

Marcus, obſervator, *Nicaſius*.

Frater tuus ſemper in concione aut garrit, aut ineptit, aut aliquem incitat: ex quo fit, ut ſæpe notandus ſit, de-

Digitized by Google

deinde vapulet. Nic. Quid vis, faciam? Marc. Cur non ſæpe mones? N. Nunquam deſiſto monere. M. Perge, precor. N. Nihil eſt, quod me preceris? nunquam ceſſabo, donec (volente Deo) aliqua ex parte ſe correxerit. M. Sic uſurpabis Catonis præceptum: *Quando mones aliquem*, noſti cætera. Nic. Sed oro te, mi Marce, ut quoties eum notaveris, id mihi renunties. M. Nunquam finis eſſet, adeo frequens eſt nomen ejus in meis commentariolis. Nic. Saltem fac me ſemel certiorem, quam primum commiſerit, quo ſit accuſandus: tum ego dicam patri, cujus verba magis timet, quam verbera. M. Iſtud non eſt parvum bonæ indolis argumentum. N. Ita ſpero quidem. Facies igitur, quod rogo? M. Ego vero, atque libens.

COLLOQ. XXI.

Argumentum: *Nicolaus Oberto arcanum commiſſum extorquere fruſtra conatur. Amicus, alter idem.* Exemplum taciturnitatis in celandis amicorum conſiliis. Item in curioſos arcanorum ſcrutatores.

Nicolaus, Obertus.

Quid conſilii tractabas modo cum Præceptore? O. Si ſcire cupis, illum percontare. N. Cur me celas? O. Ne palam facias. N. Non ideo (crede mihi) te rogo, ut id proferam, quid enim proficerem? O. Quamobrem igitur tam cupide rogas? Nicol. Nimirum ut tecum tacitus gaudeam, ſi quid boni audieris. O. Itane paratus advenis, ut à me extorqueas, quod mihi uni, idque à Præceptore, creditum eſt? N. Quod mihi dixeris, ſurdo & muto dictum puta. O. Egone tergum meum in fidem tuam committam? N. Id profecto potes, & quidem ſine periculo. O. Nunquam dices tam commode, ut iſtud mihi perſuadeas. N. Dabo fidem, me taciturum. O. Etiamſi ter quater ſanctiſſime juraveris, non prodam. Proinde, tu deſine per-

percontari. N. Hem, ubi eſt illa noſtra amicitia? O. Neſcis dictum illud Sapientis? Quod tacitum eſſe vis, nemini dixeris. N. Audivi aliquoties: ſed quod amico dictum ſit, nemini dictum videtur. Eſt enim amicus quaſi alter idem. O. Eadem tibi dicet, qui ſcire ex te volet, & item alius qui ex illo: atque ita ad aures omnium perveniet. Itaque ſi me tibi poſthac vis amicum eſſe, me miſſum facito. N. Non ſum Imperator, ut te miſſum faciam. O. Pergin' moleſtus eſſe? N. Abiré malim, quam tibi moleſtiam exhibere.

COLLOQ. XXII.

Argumentum: *Non eſt mentiendum, ne in rebus quidem levioribus. Apud Deum nullum eſt leve peccatum: Peccata noſtra Deus propter Chriſtum condonat, Chriſtus deprecator noſter & advocatus Nemo non peccat ſæpiſſime, etiam in bonis operibus. Quid agendum ſit, ut peccata remittantur. Paulus veniam conſequutus, & quare: Divini verbi ſtudium inter exercitationes ſcholaſticas annumerandum. Quorſum in literis humanis inſtituendi ſint pueri.*

Nicolaus, Obertus.

Ecquid hodie precatus es domi? O. Cur quæris iſtud? N. Quia non interfuiſti matutinæ precationi. O. Quî ſcis? N. Obſervavi. O. Atqui tu non es obſervator. N. Non ſum. O. Quamobrem igitur obſervabas? N. Quia mihi es cariſſimus. O. Quid tum? N. Dolebit mihi, ſi vapulabis. O. Quid? an ego notatus fui? N. Etiam dubitas? O. Quum recitaretur catalogus, nemo me excuſavit? N. Nemo, quod ſciam. O. Si me tantopere amas (ut dicis) cur tute non excuſaſti me? N. Quid cauſæ dixiſſem? O. Commentus eſſes aliquid. N. Ergo mentitus eſſem. O. Quid inde? N. Sed ex verbo Dei mentiri vetitum eſt. O. Fateor: ſed erat leve mendacium. N. Nihil leve judicandum eſt, quo Deus offenditur. O. Negare iſtud non poſſum: ſed levia iſta facile remittit nobis propter Jeſum

Digitized by Google

Jesum Christum, qui est deprecator noster & Advocatus. Nam quotusquisque non peccat quotidie sæpissime. N. Profecto nullus: quin etiam vix precamur, aut aliquid boni operamur, in quo non insit aliqua peccati species. O. Quid ergo futurum esset nobis, nisi DEUS facile ignosceret? unde & quotidie precantes dicimus: Remitte nobis debita nostra. N. Nihil dubitare debemus, quin remittat, si errata nostra serio & vere agnoscimus, si ex animo petamus veniam, si fidem habeamus, nobis ignosci. O. Quid igitur restat? N. Istud restat, ut neque delectemur peccatis, neque in his persistamus: neque malitiose, scienter & de industria peccatum committamus. Nimis enim multa sunt, quæ per carnis infirmitatem peccamus, aut etiam per ignorantiam. O. Nihil dubito de peccatis illis, quæ ex carnis imbecillitate perpetramus, qualis fuit Petri abnegatio: sed quî fit, ut peccemus per ignorantiam? N. De hoc Pauli exemplum habes, qui scribens ad Timotheum, in priori epistola palam profitetur, se, quamvis Ecclesiam DEI persecutus fuerit, tamen veniam esse consequutum: quia ignorans id fecerit. O. Isto exemplo mihi abunde satisfeci̇sti: (nam & ego id legere memini:) sed scin' tu, quoto epistolæ capite id scriptum sit? N. Equidem non soleo vexare memoriam in retinendis capitum numeris: mihi hoc tempore satis esse videtur, aliquot sententias quasi raptim annotare: quas memoriæ mandare liceat, si quid interdum otii suffurari possim ex quotidiana studiorum præsentium occupatione. O. Utinam ego quoque id facere possem! N. Quid impedit? O. Vix ego queo satis Præceptori facere in exercitationibus scholasticis: tantum abest, ut aliis studiis aliquid temporis impertiri concedatur. N. Satis profecto quotidie sumus occupati: sed hæc tamen ferenda sunt, quam diu nobis

opus esse ipsi Deo & parentibus nostris visum fuerit, O. Ego propterea libenter fero ac tolero omnes ejusmodi labores. N. Qua spe toleras? O. Quia futurum spero, ut primi sint gradus, quibus ad majora aliquando perveniam. N. Sed de his alias pluribus: nunc agamus, quod instat. O. Quid istud est? N. Audin' tu ad cœnam signum dari? O. Bonum signum nuncias, nam sentiebam esuriem. N. Nimirum quia merendam prætermisisti. O. Utinam eâ tam facile semper abstinere possem, quam hodie carui libenter. N. Ego vero non libenter careo, nisi occupatus necessario negotio.

COLLOQ. XXIII.

Argumentum: *Obertus Patritio commodatum reddit cum gratiarum actione. Beneficia ultro citroque oblata.* Exemplum aulicæ civilitati propemodum simile.

Obertus, Patritius.

Ecce, reddo tibi commodatum, & gratias ago maximas. P. Non est, quod agas: sed tu satisne usus eras? O. Satis diu usum concessisti, quæ tua est humanitas. P. Quoties opus erit, quæso ne parcas rebus meis. O. Non parcam, quando ita jubes. P. Pergratum mihi feceris. O. Gratiam habeo maximam: tu vero nostris vicissim utere, si quid opus fuerit. P. Non, quod moneas; satis mea sponte sum impudens. O. Imo verecundus nimis. P. Esto, aliquando tamen senties. O. Ita velim: bene vale. P. Te servet Dominus Deus.

COLLOQ. XXIV.

Argumentum: *Quidam reprehenditur, quod animi causa nocuerat. Peccatum per ignorantiam. Deus ad usum nostrum creavit omnia. Beneficiis Dei non aburendum. Ignoscendum puero sponte delictum confitenti. Ad precandum admonitio. Singulorum secretæ preces. Perseverantia in verbo Dei.* Exemplum rarissimum: puer, qui admonitus culpam libenter confitetur.

Oli-

Digitized by Google

Olivarius, Paulus.

Cur hic diſpergebas piſa ? P. Quando ? O. Poſt prandium. P. Id faciebam animi cauſa. O. Sed ipſa illa unde habueras ? P. Acceperam e corbula, ubi repoſita erant, ut craſtino die coquerentur. O. Debuiſtine animi cauſa malum facere? P. Non putabam, id eſſe malum. O. Annon eſt malum conculcare panem pedibus ? P. Iſtud ego nollem facere. O. Cur nolles ? P. Quia panis eſt nobis maximè neceſſarius. O. Et piſa ipſa & cætera, quæ eduntur, Deus in uſum noſtrum creavit. P. Non ignoro: quin etiam piſis libenter veſcor, ſi bene cocta & condita ſint. O. Præterea vellesne abuti rebus tuis ? P. Minime. O. Tanto minus alienis debes. P. Iſtud ſatis intelligo. O. Ergo non recte feciſti. P. Non recte; fateor: non tamen malo animo. O. Cur igitur feciſti ? P. Mea ineptia me ad illud incitavit. O. Quid inde meruiſti ? P. Plagas. O. Recte dicis, ſed (opinor) non ex animo. P. Imo certe: ne me accuſes, oro. O. Quandoquidem ſponte fateris, non accuſabo. Sic enim velle ſe dixit Præceptor ſæpiſſime. P. Quid ille dixit ? O. Ut de rebus ejusmodi levioribus neminem ad ipſum deferamus, qui modo culpam libens agnoverit. P. Iſtud ergo beneficium tibi debeo, mi Olivari. O. Nihil velim mihi debeas hoc nomine: ſed mecum precare Deum, ut à malo nos liberet. P. Quotidie in ſchola quater aut quinquies palam precamur. O. Quid tum ? P. Præterea privatim, quoties cibus ſumitur, quoties cubitum itur, quoties cubitu ſurgitur. Nonne ſatis hæc ſunt ? O. Præter illa, ſæpe monet Præceptor, ut interdum pro ſe quisque precandi cauſa ſecedat aliquo in ſecretum locum: meminiſtin' ? P. Memini probe: ſed (ut ſcis) difficile videtur eſſe, ut pueri ſecretis precibus aſſueſcant. O. Et tamen paulatim aſſueſcere optimum

mum fuerit. P. Progreſſu temporis Deus ipſe noſter ad eam rem nos incitabit atque aſſuefaciet. O. Ita fore, ſperandum eſt, ſi tamen in verbi ejus tum lectione, tum auditione ſedulo pergamus.

COLLOQ. XXV.

Argumentum: *Non eſt malum malo, ſed malum bono compenſandum.*

Patritius, Quartus.

Licetne malum malo rependere? Q. Cur iſtud quæris? P. Ut iis reſpondere poſſim, qui hac in re mihi contradicunt. Q. Breviter interrogaſti, reſpondeo breviſſime: non licet. P. Cur non? Q. Quia vetuit Chriſtus & poſt eum Apoſtoli. P. Quid igitur faciendum eſt? Q. Malum bono compenſandum. P. Annon ſatis eſt bonum bono rependere? Q. Non ſatis Chriſtiano quidem. P. Quamobrem? Q. Nam Chriſtianum oportet Chriſtum Præceptorem imitari. P. Quid fecit Chriſtus in eo genere? Q. Sanavit eum, qui ipſi colaphum infregerat: precatus eſt pro iis, qui ipſum in crucem ſuſtulerant: alia item multa fecit ejusmodi. P. Nihilne igitur facit, qui gratiam pro gratia rependit? Q. Tantum facit, quantum faciunt Ethnici? P. Quid illi faciunt Ethnici? Q. Amicos diligunt, & referunt gratiam, à quibus acceperunt. P. Nihilne amplius? Q. Nihil: nam quid amplius exſpectes ab iis, qui verum Deum non noverunt? P. Quid faciunt inimicis? Q. Quibuscunque modis poſſunt, eos perſequuntur. P. Eſtne Chriſtiano peccatum? Q. Si non licet, (ut jam tibi probavi) conclude, id peccatum eſſe. P. Atqui (ut vulgo dicitur) vim vi repellere licet. Quam ſententiam novus quidam Poëta etiam latius interpretatus eſt his verbis:

Pellere vim vi jura ſinunt, & vulnere vulnus.

Quid ad hoc reſpondes? Q. Iſtud quidem permittunt Ethnicorum leges: ſed lex divina longe aliter loquitur.

quitur. P. Quid divina lex? Q. Idem quod Dei verbum. P. Quicquid ergo fit contra Dei verbum, eſtne peccatum? Q. Procul dubio peccatum eſt. P. Potesne iſta probare ex divinis literis? Q. Quidni poſſim? nihil facilius. P. Adfer mihi (quæſo) ſententias. Q. Non credis id, quod eſt omnibus in confeſſo? P. Imo vero indubitanter credo. Q. Quid igitur opus eſt teſtimoniis? P. Ut contradicentibus certo reſpondere poſſim. Q. Recte intelligis: ſed quia non poſſes ex tempore memoriæ mandare, exſpecta, dum tibi deſcribam in chartula: in qua etiam ſit locorum annotatio, ut poſſis, quibus voles, etiam digito demonſtrare. P. Optimum ex tempore conſilium: quanto iſtud mihi commodius fuerit! ſic enim per otium ediſcam: ut ad manum habeam, quoties erit opus. Sed quando mihi dabis? Q. Cras (ſi libet) huc ad me revertere. P. Quotâ horâ? Q. A meridie prima. P. Sat habeo: interea vale. Q. Te ſervet Dominus Deus.

COLLOQ. XXVI.

Argumentum: *De ſcholaſtica ſocietate in conferendis merendæ cibis. Auſpicantur merendam à carmine in Dei laudem. Cura de pauperibus. Matrum in filios amor ineptus. Divinare ex conjecturis non eſt malum. Exhortatio ad divinas laudes & gratiarum actionem. Notatur voracitas in edendo. Reprehenditur abuſus in verborum notatione. Latine loquendi ſervanda eſt proprietas. E prava inſtitutione vitia contrahuntur. Deteriora pertinacius hærent.* Exemplum veteriſtæ hilaritatis in Chriſtianorum conviviis.

Paulus, Quintus.

TITYRE, qui patulæ reſides ſub tegmine fagi,
Tune hic ſolus eris tam latus tamque ſupinus?
Q. O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit:
Ille Deus magnus, qui noſtrum fecit in uſum
Omnia, dans propriam cunctis animalibus eſcam;
Qui mare, qui terras, & quod regit omnia, cœlum

Condidit: ille opifex rerum, qui ſummus habetur.
P. Carmina mitte loqui: nunc me liquere Camœnæ.
Eſt mihi mens alibi: cupio certare merendæ.
Q. Sed tamen hæc mecum poteris reſidere ſub umbra:
Namque hic (ut ternis) locus eſt ſatis amplus utrique.

Paul. Mittamus ergo verſiculos: & merendas noſtras conferamus. Q. Per me non ſtabit: ſcrutemur peras: age, explica tuam. P. Exſpecta parumper. Dic mihi prius, quid habes in merendam? Q. Panem. P. Quaſi vero ſine pane merenda eſſe ſoleat. Q. Ne panem quidem pauperes ſemper habent. P. In tempore admones: ponendæ erunt reliquiæ noſtræ in eorum corbulam. Q. Quid ſi reliquiarum nihil fuerit? P. Saltem reſtabit panis, & hoc ſatis erit; ſed dic tandem, nunquid habes obſonii? Q. Etiam dubitas? mater mea nunquam committeret, ut me in ſcholam mitteret, ſine aliquo obſonio. P. Dic ergo, quid eſt? Q. Divina. P. Non ſum vates: nec velim hanc merendæ horam in nugis terère. Q. Saltem periculum facies, quam valeas conjecturis: qua de re jam aliquid in Rhetoricis audivimus. P. Aut caſeus, aut caro eſt reſidua ex prandio. Q. Neutrum. P. Dic ſodes: ut accingamus nos operi. Q. Ne te diutius torqueam, ſunt pyra præcocia. P. Ain' tu: res nova: nondum hoc anno videram. Q. Vide nunc. P. Quam matura ſunt! Q. Cur non addis etiam quam bona! P. Sed nondum guſtavi. Q. Satis acute me reprehendis. Accipe & guſta. P. Papæ, quam mitia! quam boni ſucci! Q. Nonne merito maximas grátias agere debemus Deo noſtro, tam benigno patri, qui nobis indignis tot bona, tam varia largitur? P. Qui non facit, is eſt profecto ingratiſſimus. Q. Agedum, veſcamur bonis ejus cum gaudio & gratiarum actione. P. Jam dudum eſurio. Q. Sed tu nullum habes obſonium: P. Vide fruſtum craſſum vetuſti

vetuſti caſei. Q. Edamus primum pyra: caſeo claudemus ſtomachum. P. Sed maturemus, ne forte hora nos opprimat. Q. Neutrum ceſſare video, certe quod ad me pertinet, non queo comeſſe citius. P. Ne tamen ita devores, porcorum more, ecquid pudet? Q. Quia dicebas eſſe feſtinandum. P. Maturemus dixeram, non autem feſtinemus. Q. Ego non adeo ſcrupulose inter hæc verba diſcrimen facio. P. Vult tamen Præceptor ut proprie loquamur, quantum per ingenii captum licebit. Nam bene loquendo, bene etiam ſcribere condiſcimus. Q. Contra diligenter ſcribendo, conſuefcimus etiam recte loqui. P. Hæc duo inter ſe conjuncta ſunt. Sed heus, otioſe (inquam) edamus! ſatis habemus temporis. Q. Nonne tota hæc hora ad merendam libera eſt? P. Hodie quidem libera? ſed tamen deſinamus, ne panis deficiat nos, & nihil reliqui fiat pauperibus. Q. Eamus ergo ad puteum, ut aliquantum potemus. P. Hem, verborum proprietate ſemper abuteris: iſtud bibere eſt, non potare. Q. Quod mihi non parcas, habeo ſane gratias. Ex prava inſtitutione prima hæc vitia contraxi. P. Veriſſime igitur. Quintilianus dixit: Hæc ipſa magis pertinaciter hærent, quæ deteriora ſunt. Meminiſtin'? Q. Memini: ſed interim juva me, ut hauriamus aquam e puteo. P. Enitere validius: nimium me laborare ſinis. Q. Tanto bibes jucundius. P. Bibitum ſatis eſt: recipiamus nos in aulam, ne precationi deſimus & actioni gratiarum. Q. Tu præcede, dum urinam illuc eo redditum.

COLLOQ. XXVII.

Argumentum: *Simulatione quadam hic quæſitum eſt colloquendi argumentum. Lex ſcholaſtica, ne pueri res ſuas alienare audeant. Chriſti exemplo adverſa ferenda propter ipſum. Sine divini Spiritus auxilio nihil fieri poteſt boni; precibus autem illud eſt impetrandum.*

Quartus, Remigius.

Vis emere hoc cingulum? R. Cur emerem? unum mihi ſatis eſt: tu vero cur vis vendere? Q. Quia ſunt mihi duo. R. Nec tamen licet, ut vendas; niſi vis in pœnam incurrere. Q. Quid vetat, me vendere res meas? R. Nihil adhuc tuum habes. Q. Eho! nihil; unde probas iſtud? R. Quia nondum es tui juris, ſed ſub patris poteſtate: denique vis audire breviter, tibi iſtud non licere. Q. Maxime velim. R. De hoc lex eſt ſcholaſtica, cujus hæc eſt ſententia: pueri injuſſu parentum, nec vendant aliquid, nec emant, nec permutent, nec alienent quovis alio modo. Qui contra fecerit, verberibus plectetur. Q. Iſtud ego non ignorabam: ſed volebam periculum facere, an conſtans eſſes in obſervandis legibus. R. Tu igitur es ſimulator. Q. In hac ſimulatione nihil video eſſe mali; nam tu interpretaris male. R. Minime vero; nihil enim nocuiſti mihi. Q. Quid ſi nocuiſſem? R. Tuliſſem æquo animo, ut Chriſtianum decet. Q. Utinam adverſa omnia ſic feramus propter Chriſtum: qui nihil non tulit ſalutis noſtræ causâ. R. Feremus certe; ſi exemplum ejus ſemper nobis proponamus ob oculos. Q. Difficile id quidem eſt. R. Imo impoſſibile, niſi illius Spiritu ſemper adjuvemur: quod quidem aſſiduis precibus eſt impetrandum. Q. O quam ſuavi ſermone tantillum otii conſumſimus.

COLLOQ. XXVIII.

Argumentum: *Simulata oratione quidam condiſcipulum familiariter objurgat, quod pecuniam à patre non petierit. Condiſcipuli ſuper ea re prudens reſponſum. Oblata occaſio non eſt negl genda. Locus ex diſtichis moralibus. Natura tenaciſſimi ſumus eorum quæ rudibus annis percepimus. Beneficiorum divinorum agnitio. Jocari & irridere. Patrum prudentia in ſuppeditando filiis, quæ opus ſunt. Pueri tractandæ pecuniæ minime ſunt idonei. Improbi pueri neque objurgationibus, neque flagris moventur. Omnis boni laus ſoli debetur Deo. Fallendi conſilium nemo dare debet. Simulatio vultu regitur.*

Digitized by Google

ur. Honeſtæ confabulationes in otio utiles ſunt. Latina lingua quibus adjumentis potiſſimum compararetur.

Quintus, Rudolphus.

Siccine me inſciente abiit pater tuus, ut mihi non licuerit eum convenire? R. Cur à prandio non veniſti in diverſorium ejus? Q. Quia putabam, tantum cras illum eſſe diſcenſurum. R. Ego quoque idem arbitrabar: ſed noluit occaſionem prætermittere, quæ ſe ex tempore obtulerat. Q. Adhuc ille meminit Catonis diſtichon illud:

Quam primum capienda tibi eſt occaſio prima:
Ne rurſus quæras, quæ jam neglexeris ante.

R. Illud opuſculum ſic memoria tenet, ut in eo videatur ætatem contriviſſe. Q. Vide, quanta vis ſit memoriæ in iis, quæ rudibus annis didicimus. R. Ea eſt Quintiliani ſuper hac re ſententia: cujus verba (ut opinor) meminiſti. Q. Memini: ſed (ut ad rem) quæ fuit patri occaſio, ut ante diſceſſerit, quam inſtituerat? R. Quidam Lugdunenſes, quibuscum ad mercatum huc venerat. Q. Aderasne, quum profectus eſt? R. Præſtolabar illum in diverſorio. Q. Unde ſcieras, mutaſſe conſilium de profectione? R. Eram in prandio, quum inter ipſos convenerat, ut expeditis quibusdam reliquis in urbe negotiis, equos ſub horam ſecundam conſcenderent. Q. Quod ſupereſt, ſatisne? ex animi ſententia rem ſuam fecit: R. Ita feliciter, ut me ob eam rem ad divinas laudes vehementer hortatus fuerit. Q. Tunc igitur (opinor) bene nummatus redis. R. Mene rides? Q. Cur ego id facerem? R. Pro tua libidine. Q. Quaſi vero animi gratia ſoleam irridere cæteros. R. Atqui ita putabam. Q. Longe aberras. Nam illud eſt jocari, aliud irridere. Alterum caret vitio, eſtque inter amicos ſatis frequens; alterum eſt vitioſum, atque odio dignum, utpote quod ex con-

quod mireris. M. Quid ita? N. Quia vix ſesquihoram hîc moratus eſt. Quum enim de equo deſcendiſſet, meque paucis eſſet allocutus: Aſcendamus, inquit, in tuum cubiculum, ut tecum liberius colloquar. M. Sed antequam narras cætera, velim ſcire, quid ſibi vellet adventus ejus tam inopinatus. N. Falſo quodam rumore (ut fit) audierat me ægrotum eſſe. M. Quid ille, quum præter ſpem te valentem invenit? N. Mirifice affectus eſt gaudio. M. Quis dubitet? N. Præterea Deo optimo maximo maximas egit gratias. M. Libenter hæc audio: perge quæſo. N. Tunc me de valetudine percontatur: una precamur, non ſine gratiarum actione: tandem quærit, ecquid mihi opus ſit. Opus (inquam) pater. Qua (inquit) re eges? Libro (inquam) decem alborum. Tunc illico promit ex marſupio imperialem: eum mihi in manum dat, & vale dicto, ſtatim conſcendit equum, atque abiit. M. Cur tibi plus dedit, quam petiveras? N. Iſtud inepte quæris. Scilicet ita lætus erat, quia me, præter ſpem, bene ſanum offenderat. Quod ſi vel coronatum petiviſſem, tam facile dediſſet mihi. M. O quantum debes illi ſummo Patri, qui tibi adeo bonum patrem dederit! N. Ne cogitari quidem poteſt, quantum debeam. Nam etiamſi malum dediſſet, deberem tamen non parum. Sed quid ceſſamus auditum ire prælectionem? M. Jam inſtat hora tertia. N. Parata ſunt mihi omnia. M. Mihi quoque. N. Eamus ergo in auditorium.

COLLOQ. XX.

Argumentum: *Ab obſervatore monetur quidam adoleſcens, ut in admonendo fratrenatu minore ſit diligentior. Pergendum conſtanter in admonendis omnibus, præcipue qui nobis conjuncti ſunt. Bonæ indolis ſignum quodam in puero.* Exemplum fraternæ admonitionis.

Marcus, obſervator, *Nicaſius*.

Frater tuus ſemper in concione aut garrit, aut ineptit, aut aliquem incitat: ex quo fit, ut ſæpe notandus ſit, de-

deinde vapulet. Nic. Quid vis, faciam? Marc. Cur non ſæpe mones? N. Nunquam deſiſto monere. M. Perge, precor. N. Nihil eſt, quod me preceris? nunquam ceſſabo, donec (volente Deo) aliqua ex parte ſe correxerit. M. Sic uſurpabis Catonis præceptum: *Quando mones aliquem*, noſti cætera. Nic. Sed oro te, mi Marce, ut quoties eum notaveris, id mihi renunties. M. Nunquam finis eſſet, adeo frequens eſt nomen ejus in meis commentariolis. Nic. Saltem fac me ſemel certiorem, quam primum commiſerit, quo ſit accuſandus: tum ego dicam patri, cujus verba magis timet, quam verbera. M. Iſtud non eſt parvum bonæ indolis argumentum. N. Ita ſpero quidem. Facies igitur, quod rogo? M. Ego vero, atque libens.

COLLOQ. XXI.

Argumentum: *Nicolaus Oberto arcanum commiſſum extorquere fruſtra conatur. Amicus, alter idem.* Exemplum taciturnitatis in celandis amicorum conſiliis. Item in curioſos arcanorum ſcrutatores.

Nicolaus, Obertus.

Quid conſilii tractabas modo cum Præceptore? O. Si ſcire cupis, illum percontare. N. Cur me celas? O. Ne palam facias. N. Non ideo (crede mihi) te rogo, ut id proferam, quid enim proficerem? O. Quamobrem igitur tam cupide rogas? Nicol. Nimirum ut tecum tacitus gaudeam, ſi quid boni audieris. O. Itane paratus advenis, ut à me extorqueas, quod mihi uni, idque à Præceptore, creditum eſt? N. Quod mihi dixeris, ſurdo & muto dictum puta. O. Egone tergum meum in fidem tuam committam? N. Id profecto potes, & quidem ſine periculo. O. Nunquam dices tam commode, ut iſtud mihi perſuadeas. N. Dabo fidem, me taciturum. O. Etiamſi ter quater ſanctiſſime juraveris, non prodam. Proinde, tu deſine per-

percontari. N. Hem, ubi eſt illa noſtra amicitia? O. Neſcis dictum illud Sapientis? Quod tacitum eſſe vis, nemini dixeris. N. Audivi aliquoties: ſed quod amico dictum ſit, nemini dictum videtur. Eſt enim amicus quaſi alter idem. O. Eadem tibi dicet, qui ſcire ex te volet, & item alius qui ex illo: atque ita ad aures omnium perveniet. Itaque ſi me tibi poſthac vis amicum eſſe, me miſſum facito. N. Non ſum Imperator, ut te miſſum faciam. O. Pergin' moleſtus eſſe? N. Abiré malim, quam tibi moleſtiam exhibere.

COLLOQ. XXII.

Argumentum: *Non eſt mentiendum, ne in rebus quidem levioribus. Apud Deum nullum eſt leve peccatum: Peccata noſtra Deus propter Chriſtum condonat, Chriſtus deprecator noſter & advocatus Nemo non peccat ſæpiſſime, etiam in bonis operibus. Quid agendum ſit, ut peccata remittantur. Paulus veniam conſequutus, & quare: Divini verbi ſtudium inter exercitationes ſcholaſticas annumerandum. Quorſum in literis humanis inſtituendi ſint pueri.*

Nicolaus, Obertus.

Ecquid hodie precatus es domi? O. Cur quæris iſtud? N. Quia non interfuiſti matutinæ precationi. O. Quî ſcis? N. Obſervavi. O. Atqui tu non es obſervator. N. Non ſum. O. Quamobrem igitur obſervabas? N. Quia mihi es cariſſimus. O. Quid tum? N. Dolebit mihi, ſi vapulabis. O. Quid? an ego notatus fui? N. Etiam dubitas? O. Quum recitaretur catalogus, nemo me excuſavit? N. Nemo, quod ſciam. O. Si me tantopere amas (ut dicis) cur tute non excuſaſti me? N. Quid cauſæ dixiſſem? O. Commentus eſſes aliquid. N. Ergo mentitus eſſem. O. Quid inde? N. Sed ex verbo Dei mentiri vetitum eſt. O. Fateor: ſed erat leve mendacium. N. Nihil leve judicandum eſt, quo Deus offenditur. O. Negare iſtud non poſſum: ſed levia iſta facile remittit nobis propter Jeſum

Digitized by Google

Jesum Christum, qui est deprecator noster & Advocatus. Nam quotusquisque non peccat quotidie sæpissime. N. Profecto nullus: quin etiam vix precamur, aut aliquid boni operamur, in quo non insit aliqua peccati species. O. Quid ergo futurum esset nobis, nisi DEUS facile ignosceret? unde & quotidie precantes dicimus: Remitte nobis debita nostra. N. Nihil dubitare debemus, quin remittat, si errata nostra serio & vere agnoscimus, si ex animo petamus veniam, si fidem habeamus, nobis ignosci. O. Quid igitur restat? N. Istud restat, ut neque delectemur peccatis, neque in his persistamus: neque malitiose, scienter & de industria peccatum committamus. Nimis enim multa sunt, quæ per carnis infirmitatem peccamus, aut etiam per ignorantiam. O. Nihil dubito de peccatis illis, quæ ex carnis imbecillitate perpetramus, qualis fuit Petri abnegatio: sed quî fit, ut peccemus per ignorantiam? N. De hoc Pauli exemplum habes, qui scribens ad Timotheum, in priori epistola palam profitetur, se, quamvis Ecclesiam DEI persecutus fuerit, tamen veniam esse consequutum: quia ignorans id fecerit. O. Isto exemplo mihi abunde satisfeciisti: (nam & ego id legere memini:) sed scin' tu, quoto epistolæ capite id scriptum sit? N. Equidem non soleo vexare memoriam in retinendis capitum numeris: mihi hoc tempore satis esse videtur, aliquot sententias quasi raptim annotare: quas memoriæ mandare liceat, si quid interdum otii suffurari possim ex quotidiana studiorum præsentium occupatione. O. Utinam ego quoque id facere possem! N. Quid impedit? O. Vix ego queo satis Præceptori facere in exercitationibus scholasticis: tantum abest, ut aliis studiis aliquid temporis impertiri concedatur. N. Satis profecto quotidie sumus occupati: sed hæc tamen ferenda sunt, quam diu nobis

opus esse ipsi Deo & parentibus nostris visum fuerit. O. Ego propterea libenter fero ac tolero omnes ejusmodi labores. N. Qua spe toleras? O. Quia futurum spero, ut primi sint gradus, quibus ad majora aliquando perveniam. N. Sed de his alias pluribus: nunc agamus, quod instat. O. Quid istud est? N. Audin' tu ad cœnam signum dari? O. Bonum signum nuncias, nam sentiebam esuriem. N. Nimirum quia merendam prætermisisti. O. Utinam eâ tam facile semper abstinere possem, quam hodie carui libenter. N. Ego vero non libenter careo, nisi occupatus necessario negotio.

COLLOQ. XXIII.

Argumentum: *Obertus Patritio commodatum reddit cum gratiarum actione. Beneficia ultro citroque oblata.* Exemplum aulicæ civilitati propemodum simile.

Obertus, Patritius.

Ecce, reddo tibi commodatum, & gratias ago maximas. P. Non est, quod agas: sed tu satisne usus eras? O. Satis diu usum concessisti, quæ tua est humanitas. P. Quoties opus erit, quæso ne parcas rebus meis. O. Non parcam, quando ita jubes. P. Pergratum mihi feceris. O. Gratiam habeo maximam: tu vero nostris vicissim utere, si quid opus fuerit. P. Non, quod moneas; satis mea sponte sum impudens. O. Imo verecundus nimis. P. Esto, aliquando tamen senties. O. Ita velim: bene vale. P. Te servet Dominus Deus.

COLLOQ. XXIV.

Argumentum: *Quidam reprehenditur, quod animi causa nocuerat. Peccatum per ignorantiam. Deus ad usum nostrum creavit omnia. Beneficiis Dei non abutendum. Ignoscendum puero sponte delictum confitenti. Ad precandum admonitio. Singulorum secretæ preces. Perseverantia in verbo Dei.* Exemplum rarissimum: puer, qui admonitus culpam libenter confitetur.

Oli-

Digitized by Google

Olivarius, Paulus.

Cur hic diſpergebas piſa ? P. Quando ? O. Poſt prandium. P. Id faciebam animi cauſa. O. Sed ipſa illa unde habueras ? P. Acceperam e corbula, ubi repoſita erant, ut craſtino die coquerentur. O. Debuiſtine animi cauſa malum facere? P. Non putabam, id eſſe malum. O. Annon eſt malum conculcare panem pedibus? P. Iſtud ego nollem facere. O. Cur nolles? P. Quia panis eſt nobis maximè neceſſarius. O. Et piſa ipſa & cætera, quæ eduntur, Deus in uſum noſtrum creavit. P. Non ignoro: quin etiam piſis libenter veſcor, ſi bene cocta & condita ſint. O. Præterea vellesne abuti rebus tuis? P. Minime. O. Tanto minus alienis debes. P. Iſtud ſatis intelligo. O. Ergo non recte feciſti. P. Non recte; fateor: non tamen malo animo. O. Cur igitur feciſti? P. Mea ineptia me ad illud incitavit. O. Quid inde meruiſti? P. Plagas. O. Recte dicis, ſed (opinor) non ex animo. P. Imo certe: ne me accuſes, oro. O. Quandoquidem ſponte fateris, non accuſabo. Sic enim velle ſe dixit Præceptor ſæpiſſime. P. Quid ille dixit? O. Ut de rebus ejusmodi levioribus neminem ad ipſum deferamus, qui modo culpam libens agnoverit. P. Iſtud ergo beneficium tibi debeo, mi Olivari. O. Nihil velim mihi debeas hoc nomine: ſed mecum precare Deum, ut à malo nos liberet. P. Quotidie in ſchola quater aut quinquies palam precamur. O. Quid tum? P. Præterea privatim, quoties cibus ſumitur, quoties cubitum itur, quoties cubitu ſurgitur. Nonne ſatis hæc ſunt? O. Præter illa, ſæpe monet Præceptor, ut interdum pro ſe quisque precandi cauſa ſecedat aliquo in ſecretum locum: meminiſtin'? P. Memini probe: ſed (ut ſcis) difficile videtur eſſe, ut pueri ſecretis precibus aſſueſcant. O. Et tamen paulatim aſſueſcere optimum

mum fuerit. P. Progreſſu temporis Deus ipſe noſter ad eam rem nos incitabit atque aſſuefaciet. O. Ita fore, ſperandum eſt, ſi tamen in verbi ejus tum lectione, tum auditione ſedulo pergamus.

COLLOQ. XXV.

Argumentum: *Non eſt malum malo, ſed malum bono compenſandum.*

Patritius, Quartus.

Licetne malum malo rependere? Q. Cur iſtud quæris? P. Ut iis reſpondere poſſim, qui hac in re mihi contradicunt. Q. Breviter interrogaſti, reſpondeo breviſſime: non licet. P. Cur non? Q. Quia vetuit Chriſtus & poſt eum Apoſtoli. P. Quid igitur faciendum eſt? Q. Malum bono compenſandum. P. Annon ſatis eſt bonum bono rependere? Q. Non ſatis Chriſtiano quidem. P. Quamobrem? Q. Nam Chriſtianum oportet Chriſtum Præceptorem imitari. P. Quid fecit Chriſtus in eo genere? Q. Sanavit eum, qui ipſi colaphum infregerat: precatus eſt pro iis, qui ipſum in crucem ſuſtulerant: alia item multa fecit ejusmodi. P. Nihilne igitur facit, qui gratiam pro gratia rependit? Q. Tantum facit, quantum faciunt Ethnici? P. Quid illi faciunt Ethnici? Q. Amicos diligunt, & referunt gratiam, à quibus acceperunt. P. Nihilne amplius? Q. Nihil: nam quid amplius exſpectes ab iis, qui verum Deum non noverunt? P. Quid faciunt inimicis? Q. Quibuscunque modis poſſunt, eos perſequuntur. P. Eſtne Chriſtiano peccatum? Q. Si non licet, (ut jam tibi probavi) conclude, id peccatum eſſe. P. Atqui (ut vulgo dicitur) vim vi repellere licet. Quam ſententiam novus quidam Poëta etiam latius interpretatus eſt his verbis:

Pellere vim vi jura ſinunt, & vulnere vulnus.

Quid ad hoc reſpondes? Q. Iſtud quidem permittunt Ethnicorum leges: ſed lex divina longe aliter loquitur.

Digitized by Google

quitur. P. Quid divina lex? Q. Idem quod Dei verbum. P. Quicquid ergo fit contra Dei verbum, eſtne peccatum? Q. Procul dubio peccatum eſt. P. Potesne iſta probare ex divinis literis? Q. Quidni poſſim? nihil facilius. P. Adfer mihi (quæſo) ſententias. Q. Non credis id, quod eſt omnibus in confeſſo? P. Imo vero indubitanter credo. Q. Quid igitur opus eſt teſtimoniis? P. Ut contradicentibus certo reſpondere poſſim. Q. Recte intelligis: ſed quia non poſſes ex tempore memoriæ mandare, exſpecta, dum tibi deſcribam in chartula: in qua etiam fit locorum annotatio, ut poſſis, quibus voles, etiam digito demonſtrare. P. Optimum ex tempore conſilium: quanto iſtud mihi commodius fuerit! ſic enim per otium ediſcam: ut ad manum habeam, quoties erit opus. Sed quando mihi dabis? Q. Cras (ſi libet) huc ad me revertere. P. Quotâ horâ? Q. A meridie prima. P. Sat habeo: interea vale. Q. Te ſervet Dominus Deus.

COLLOQ. XXVI.

Argumentum: *De ſcholaſtica ſocietate in conferendis merendæ cibis. Auſpicantur merendam à carmine in Dei laudem. Cura de pauperibus. Matrum in filios amor ineptus. Divinare ex conjecturis non eſt malum. Exhortatio ad divinas laudes & gratiarum actionem. Notatur voracitas in edendo. Reprehenditur abuſus in verborum notatione. Latine loquendi ſervanda eſt proprietas. E prava inſtitutione vitia contrahuntur. Deteriora pertinacius hærent.* Exemplum ſerenitatis hilaritatis in Chriſtianorum conviviis.

Paulus, Quintus.

TITYRE, qui patulæ reſides ſub tegmine mori,
Tune hic ſolus eris tam latus tamque ſupinus?
Q. O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit:
Ille Deus magnus, qui noſtrum fecit in uſum
Omnia, dans propriam cunctis animalibus eſcam;
Qui mare, qui terras, & quod tegit omnia, cœlum

Condidit: ille opifex rerum, qui ſummus habetur.
P. Carmina mitte loqui: nunc me liquere Camœnæ.
Eſt mihi mens alibi: cupio certare merenda.
Q. Sed tamen hæc mecum poteris reſidere ſub umbra:
Namque hic (ut ternis) locus eſt ſatis amplus utrique.

Paul. Mittamus ergo verſiculos: & merendas noſtras conferamus. Q. Per me non ſtabit: ſcrutemur peras: age, explica tuam. P. Exſpecta parumper. Dic mihi prius, quid habes in merendam? Q. Panem. P. Quaſi vero ſine pane merenda eſſe ſoleat. Q. Ne panem quidem pauperes ſemper habent. P. In tempore admones: ponendæ erunt reliquiæ noſtræ in eorum corbulam. Q. Quid ſi reliquiarum nihil fuerit? P. Saltem reſtabit panis, & hoc ſatis erit; ſed dic tandem, nunquid habes obſonii? Q. Etiam dubitas? mater mea nunquam committeret, ut me in ſcholam mitteret, ſine aliquo obſonio. P. Dic ergo, quid eſt? Q. Divina. P. Non ſum vates: nec velim hanc merendæ horam in nugis terere. Q. Saltem periculum facies, quam valeas conjecturis: qua de re jam aliquid in Rhetoricis audivimus. P. Aut caſeus, aut caro eſt reſidua ex prandio. Q. Neutrum. P. Dic ſodes: ut accingamus nos operi. Q. Ne te diutius torqueam, ſunt pyra præcocia. P. Ain' tu: res nova: nondum hoc anno videram. Q. Vide nunc. P. Quam matura ſunt! Q. Cur non addis etiam quam bona! P. Sed nondum guſtavi. Q. Satis acute me reprehendis. Accipe & guſta. P. Papæ, quam mitia! quam boni ſucci! Q. Nonne merito maximas gratias agere debemus Deo noſtro, tam benigno patri, qui nobis indignis tot bona, tam varia largitur? P. Qui non facit, is eſt profecto ingratiſſimus. Q. Agedum, veſcamur bonis ejus cum gaudio & gratiarum actione. P. Jam dudum eſurio. Q. Sed tu nullum habes obſonium: P. Vide fruſtum craſſum vetuſti

Digitized by Google

vetuſti caſei. Q. Edamus primum pyra: caſeo claudemus ſtomachum. P. Sed maturemus, ne forte hora nos opprimat. Q. Neutrum ceſſare video, certe quod ad me pertinet, non queo comeſſe citius. P. Ne tamen ita devores, porcorum more, ecquid pudet? Q. Quia dicebas eſſe feſtinandum. P. Maturemus dixeram, non autem feſtinemus. Q. Ego non adeo ſcrupulose inter hæc verba diſcrimen facio. P. Vult tamen Præceptor ut proprie loquamur, quantum per ingenii captum licebit. Nam bene loquendo, bene etiam ſcribere condiſcimus. Q. Contra diligenter ſcribendo, conſuefcimus etiam recte loqui. P. Hæc duo inter ſe conjuncta ſunt. Sed heus, otioſe (inquam) edamus! ſatis habemus temporis. Q. Nonne tota hæc hora ad merendam libera eſt? P. Hodie quidem libera? ſed tamen deſinamus, ne panis deficiat nos, & nihil reliqui fiat pauperibus. Q. Eamus ergo ad puteum, ut aliquantum potemus. P. Hem, verborum proprietate ſemper abuteris: iſtud bibere eſt, non potare. Q. Quod mihi non parcas, habeo ſane gratias. Ex prava inſtitutione prima hæc vitia contraxi. P. Veriſſime igitur. Quintilianus dixit: Hæc ipſa magis pertinaciter hærent, quæ deteriora ſunt. Meminiſtin'? Q. Memini: ſed interim juva me, ut hauriamus aquam e puteo. P. Enitere validius: nimium me laborare ſinis. Q. Tanto bibes jucundius. P. Bibitum ſatis eſt: recipiamus nos in aulam, ne precationi deſimus & actioni gratiarum. Q. Tu præcede, dum urinam illuc eo redditum.

COLLOQ. XXVII.

Argumentum: *Simulatione quadam hic quæſitum eſt colloquendi argumentum. Lex ſcholaſtica, ne pueri res ſuas alienare audeant. Chriſti exemplo adverſa ferenda propter ipſum. Sine divini Spiritus auxilio nihil fieri poteſt boni; precibus autem illud eſt impetrandum.*

Quartus, Remigius.

Vis emere hoc cingulum? R. Cur emerem? unum mihi ſatis eſt: tu vero cur vis vendere? Q. Quia ſunt mihi duo. R. Nec tamen licet, ut vendas; niſi vis in pœnam incurrere. Q. Quid vetat, me vendere res meas? R. Nihil adhuc tuum habes. Q. Eho! nihil; unde probas iſtud? R. Quia nondum es tui juris, ſed ſub patris poteſtate: denique vis audire breviter, tibi iſtud non licere. Q. Maxime velim. R. De hoc lex eſt ſcholaſtica, cujus hæc eſt ſententia: pueri injuſſu parentum, nec vendant aliquid, nec emant, nec permutent, nec alienent quovis alio modo. Qui contra fecerit, verberibus plectetur. Q. Iſtud ego non ignorabam: ſed volebam periculum facere, an conſtans eſſes in obſervandis legibus. R. Tu igitur es ſimulator. Q. In hac ſimulatione nihil video eſſe mali; nam tu interpretaris male. R. Minime vero; nihil enim nocuiſti mihi. Q. Quid ſi nocuiſſem? R. Tuliſſem æquo animo, ut Chriſtianum decet. Q. Utinam adverſa omnia ſic feramus propter Chriſtum: qui nihil non tulit ſalutis noſtræ causâ. R. Feremus certe; ſi exemplum ejus ſemper nobis proponamus ob oculos. Q. Difficile id quidem eſt. R. Imo impoſſibile, niſi illius Spiritu ſemper adjuvemur: quod quidem aſſiduis precibus eſt impetrandum. Q. O quam ſuavi ſermone tantillum otii conſumſimus.

COLLOQ. XXVIII.

Argumentum: *Simulata oratione quidam condiſcipulum familiariter objurgat, quod pecuniam à patre non petierit. Condiſcipuli ſuper ea re prudens reſponſum. Oblata occaſio non eſt negl genda. Locus ex diſtichis moralibus. Natura tenaciſſimi ſumus eorum quæ rudibus annis percepimus. Beneficiorum divinorum agnitio. Jocari & irridere. Patrum prudentia in ſuppeditando filiis, quæ opus ſunt. Pueri tractandæ pecuniæ minime ſunt idonei. Improbi pueri neque objurgationibus, neque flagris moventur. Omnis boni laus ſoli debetur Deo. Fallendi conſilium nemo dare debet. Simulatio vultu regi-*

tur.

tur. Honeſtæ confabulationes in otio utiles ſunt. Latina lingua quibus adjumentis potiſſimum comparetur.

Quintus, Rudolphus.

Siccine me inſciente abiit pater tuus, ut mihi non licuerit eum convenire? R. Cur à prandio non veniſti in diverſorium ejus? Q. Quia putabam, tantum cras illum eſſe diſcenſurum. R. Ego quoque idem arbitrabar: ſed noluit occaſionem prætermittere, quæ ſe ex tempore obtulerat. Q. Adhuc ille meminit Catonis diſtichon illud:

Quam primum capienda tibi eſt occaſio prima:
Ne rurſus quæras, quæ jam neglexeris ante.

R. Illud opuſculum ſic memoria tenet, ut in eo videatur ætatem contriviſſe. Q. Vide, quanta vis ſit memoriæ in iis, quæ rudibus annis didicimus. R. Ea eſt Quintiliani ſuper hac re ſententia: cujus verba (ut opinor) memini ſti. Q. Memini: ſed (ut ad rem) quæ fuit patri occaſio, ut ante diſceſſerit, quam inſtituerat? R. Quidam Lugdunenſes, quibuscum ad mercatum huc venerat. Q. Aderasne, quum profectus eſt? R. Præſtolabar illum in diverſorio. Q. Unde ſcieras, mutaſſe conſilium de profectione? R. Eram in prandio, quum inter ipſos convenerat, ut expeditis quibusdam reliquis in urbe negotiis, equos ſub horam ſecundam conſcenderent. Q. Quod ſupereſt, ſatisne? ex animi ſententia rem ſuam fecit: R. Ita feliciter, ut me ob eam rem ad divinas laudes vehementer hortatus fuerit. Q. Tunc igitur (opinor) bene nummatus redis. R. Mene rides? Q. Cur ego id facerem? R. Pro tua libidine. Q. Quaſi vero animi gratia ſoleam irridere cæteros. R. Atqui ita putabam. Q. Longe aberras. Nam illud eſt jocari, aliud irridere. Alterum caret vitio, eſtque inter amicos ſatis frequens; alterum eſt vitioſum, atque odio dignum, utpote quod ex con-

tantu fere proficiſcitur. R. Ignoſce igitur mihi. Q. Non gravis eſt culpa. Sed dic, rogo, nihil tibi pecuniæ dedit pater? R. Ne petivi quidem. Q. Tamen ſponte dedit? R. Aliquantulum. Q. Quantum igitur? R. Perpuſillum. Q. Dic ſodes. R. Cur tam avide inquiris? Q. Ut amicorum more tibi gratuler. R. Nihil eſt gratulatione dignum. Q. Fatere tandem quid ſit. R. Soli albi quinque. Q. Hui tantillum! O ſtulte, qui non petieris duos aut tres florenos! R. Non auſus ſum. Q. Quid verebare. R. Ut plane denegaret, atque ægre ferret, quod peterem. Q. Numquam id feciſſet; modo petendi cauſam addidiſſes. R. Credo equidem: ſed quid cauſæ attuliſſem? Q. Rogas? nonne ſunt res ſexcentæ, quibus indiget uſus ſcholaſticus? R. Multæ ſunt, fateor. Q. Tu vero adeone abundas rebus omnibus, ut tibi deſit nihil? R. Imo deſunt plurima: ſed quibus facile careram. Præterea ſatis novit pater, quæ mihi opus ſunt, tum ſtudiorum cauſa, tum ad victum cultumque corporis. Q. Novit quidem: ſed alia multa ſunt illi & curanda & cogitanda. R. Credo eſſe illi præcipuam liberorum curam. Q. Sed nimis ab eo remotus es. R. Sine me pervenire, quo volo. Q. Age, ſino. R. Novit etiam pater, me nondum eſſe idoneum ad recte tractandam pecuniam. Q. Cur non? an tu ad eam rem non ſatis ætatis habes atque prudentiæ? R. Iſtinc abſum longiſſime. Itaque pater dedit Præceptori in mandatis, ut omnia mihi ſuppeditet ad uſus vitæ ſtudiorumque neceſſarios: ad quam rem præbet illi, quantum ſatis eſt pecuniæ. Q. Eſto. R. Ergo ſi quid à patre peterem, me ſtatim ad Præceptorem remitteret: fortaſſis etiam iraſceretur, & me graviter objurgaret. Q. Facile eſt objurgationem pati, modo ne ſequantur verbera. R. Facile eſt, (credo) ſed iis duntaxat, quos neque pudor movet, neque ulla parentum reverentia. Ego autem ipſa verbera ferre malim, quam

Digitized by Google

quam patris pati objurgationem. Ex quo fit, ut ſedulo caveam, ne quid illi præbeam cauſæ ad iraſcendum. Id enim ſub quinto præcepto divinæ legis continetur. Q. Facies, ut pium decet adoleſcentem. R. Ejus rei laus non mihi, ſed ſoli Deo tribuenda eſt. Q. Nempe à quo proficiſcitur, quicquid nobis ineſt boni. R. Faxit ille, ut quæ bona inſpirat nobis ea ſequamur animo promtiſſimo. Sed, ut ad te redeam, ſerione reprehendebas, quod nullam pecuniam à patre rogaſſem? Q. An ego te vellem ad fallendum patrem inducere? R. Mihi quidem non fit veriſimile, me tamen ipſum fefelliſti. Q. Quomodo? R. Quia ſerio loqui videbaris, adeo apte vultum verbis ipſis accommodabas. Q. Sed quid cenſes de hac noſtra confabulatione? R. Argumentum ſatis aptum dediſti nobis in hoc otio noſtro veſpertino. Q. Ecquid habuit ſermo noſter, quod reprehendiſſet obſervator, ſi forte (ut ſolet) nos obſervaſſet ex inſidiis? R. Nihil, ut opinor. Q. Profecto verum eſt, quod ſæpe nobis Præceptor inculcat. R. Quid illud eſt? Q. Latinæ linguæ copiam & facultatem comparari his potiſſimum rebus: ſæpe ſcribendo, confabulando, legendis auctoribus, vernacula latine, aut latina vernacule convertendo. R. Ergo his rebus diligenter nos exerceamus, adjutore Domino DEO, in cujus manu ſita ſunt ſtudia noſtra omnia. Q. Idem faxit, ut ejus erga nos beneficia vero cultu dignisque laudibus perpetuo celebremus. R. *Hoc opus, hoc ſtudium parvi properemus & ampli: Hæc ſit votorum ſumma ſuprema, precor.* Q. Sed audi horologium. R. Nos opportune admonet, itaque deſiſtamus. Q. Alioqui ſolis occaſus nos hic opprimet.

COLLOQ. XXIX.

Argumentum: *De quodam convivio. Qui convivæ, quæ ferculorum varietas & copia, quis ordo fuerit, &c. Notatur obiter conviviorum luxus. Gratiarum actio. Objurgatur ipſe convivator de luxu.*

Remi-

Digitized by Google

Remigius, Samuel.

Quid eſt, quod hodie tam cito à patruo redieris, præſertim quum fuerit convivium? S. Quid illic feciſſem diutius? R. Cœnam exſpectaſſes, ut ederes de prandii raliquiis. S. Satis ederam in prandio. Præterea juſſit patruus, ut domum reducerem Præceptorem, quem ego ad convivium deduxeram. R. Quid frater tuus patruelis? cur in ludum vobiſcum non rediit? S. A matre retentus eſt unum aut alterum diem. R. Quamobrem? S. Ut illi reſarciantur veſtimenta. R. Illa eſt mulierum cura. Sed age, quoniam nunc otioſe ſumus, narra mihi (quæſo) aliquid de convivio. S. Quid de illo ſcire cupis? R. Primum, qui convivæ fuerint: deinde quam lautum & opiparum convivium. S. Convivæ fuerunt hi præcipui: quatuor Syndici, Subpræfectus urbis & alii duo primæ notæ e Senatorum numero. R. Noſtine? S. De facie quidem, ſed eorum non teneo nomina. R. Nulline præterea? S. Duo item ex patrui mei familiaribus. R. Quotus accumbebat Præceptor? S. Quotus eſſet non obſervavi: ſed erat in media fere menſa e contraria parte mei patrui. R. Tu vero? S. Hem! inepte, qui iſtud roges! Egone homunculus cum tantis viris epularer? Satis hoc mihi honorificum fuit, quod miniſtrarem. R. Nullæne erant mulieres? S. Nullæ, præter uxorem patrui: quæ quidem ſedébat in menſa extrema. R. Quid ita tam remota? S. Sic voluit ipſa, ut identidem commodius ſurgeret: propter ordinem miniſterii. R. Quid filius? S. Juxta matrem aſſidebat. R. Habeo de cónvivis? nunc exſpecto de convivio. S. Onus mihi valde magnum imponis ac difficile maxime propter memoriam, ſed quando (ut dixiſti) pluſculum otii nacti ſumus hoc pomeridiano tempore, dabo equidem operam, ut aliqua ex parte expleam deſiderium tuum. R. Per-

Digitized by Google

Pergratum mihi feceris. S. Ea tamen lege, ut par pari referas, ſi quando dabitur occaſio. R. De hoc nihil eſt, quod dubites; incipe. S. At ego interea ſedere volo, quia longa eſt narratio. R. Eamus ſub pergulam, ut in umbra commodius fabulemur. S. Audi nunc jam. R. Quia (ut ais) longa eſt narratio, dic mihi primum, quotâ horâ accubitum eſt? S. Fere decimâ. R. Quotâ ſurrectum? S. Paulo ante meridiem. R. Sedebantne omnes commode? S. Commodiſſime. R. Nunc ad rem aggredere. S. Accipe igitur menſæ præludia. R. Appone quum voles. S. In primis appoſita ſunt tenella cruſtula mellita operis piſtorii cum aromatite. R. Optimum ſane exordium, & ad conciliandos animos aptiſſimum. S. Omitte quæſo iſtas interpellationes, ne mihi perturbetur memoria. R. Poſthâc non interpellabo, niſi quid opus erit requirere. S. Sequuntæ ſunt pernæ ſalitæ, hilla infumata, lucanicæ, linguæ bubulæ, ſale quoque & fumo indurætæ. Atque hæc ad excitandam appetentiam, & ſitim acuendam. R. Quaſi vero non ſatis acueretur ſolis æſtu & fervore. S. Sic docti ſolent facere convivatores. R. Iſthæc audio libenter: præſertim quum exprimas omnia propriis & ſignificantibus verbis. Perge porro. S. Eodem ordine interpoſita ſunt acetaria è lactucis capitatis, ovium inteſtina frixa, minutalia, ex vitulina, cum ovorum vitellis integris. Et hæc hactenus de præludiis, qui miſſus primus fuit. R. Nihil interim bibitum eſt? S. Indigna homine quæſtio. Quis enim vino hic parceret? vix tres, & quidem ſtrenuiſſimi, fundendis potibus ſufficiebamus. Sed de potibus agam poſterius: ſine me cibos expedire. R. Age, ſino. S. In ſecundo miſſu hæc fere fuerunt: artocreas, pulli gallinacei elixi cum lactucis, bubula, vervecina, vitulina, ſuilla recens ſalſa, jus carnium cum ovorum vitellis, croco, & omphacio ſuaviſſime conditum, aliquot item juſcula ex oleribus. R. Hîc plus opinor ablatum,

quam

quam esum fuisse: quia scilicet assa exspectabantur. S. Vix mensam attigerant, quum illa tollere jussi sumus. Venio igitur ad tertium missum, in quo assa hæc fuerunt exposita: pulli gallinacei, pulli columbini, anserculi fartiles, & luculæ, item cuniculi, armi vervecini, postremo ferina duorum generum, opere pistorio incrustata. R. Quid præterea? S. Quid? hem (pene prætermisi) duæ perdices interjectæ cum lepusculo, fabæ viridis frixæ, & pisa cocta cum siliquis. R. Nihilne piscium? S. In tempore admones. Erat grutta ingens, quæ divisa fuerat in partes quatuor, præter caudam, prægrandis item lucius ad eundem modum quadripartitus. Taceo minutos pisces, & mediocres, partim elixos, partim assatos aut frixos, item cancros fluviatiles, magno omnia numero: Sed hæc magis ad ostentationem, quam ad necessitatem: de iis enim fere nihil gustatum est. R. Unum mihi videris prætermisisse. S. Quid illud est? R. Nulline erant intinctus? S. Imo singulis propemodum ferculis addita erant scitissimi saporis embammata, quæ coquus ipse miro artificio concinnaverat. Nec vero defuerunt capparides ex oleo & aceto, mala citrea, olivæ conditivæ cum sua muria, acetum rosaceum, & succus oxalidis. R. O quot & quanta gulæ irritamenta! S. Adde etiam corporis & animi impedimenta. R. Sed quis quæso fuit ultimus actus fabulæ? S. Tandem quum jam nec carnes nec pisces ullus ederet, jubet patruus apponi bellaria: in quibus hæc fuerunt præcipua: caseus recens pinguissimus, itemque vetus multiplex, striblitæ, placentulæ, oryza in lacte cocta, & bene sacharata, persica præcocia, ficus, cerasa, uvæ passæ, tragemata serotina, salgama multorum generum, & alia, quæ nunc mihi non occurrunt. Tanta denique fuit omnium esculentorum affluentia, ut mensa ipsa vix sustineret. Quid quæris? quater aut quinquies mutati sunt orbes & quadrulæ, cibos

Digitized by Google

cibos craſſos & duriores magna ex parte integros in culinam referebamus: adeo pauci attingebant propter delicatiorum abundantiam & diverſitatem. R. Quid confert tanta cibariorum abundantia & diverſitas? S. Ad gravandum ſtomachum, & morbos complures generandos. Sed quid agas? ſic fere hoc tempore vivitur. R. Qui talibus viris convivia faciunt, certare videntur de copia, de apparatu, de ſplendore & lautitia. S. Et tamen extant inter hujus civitatis leges quædam (ut audivi) ſumtuariæ. R. Silent leges inter convivia, ut obiter e Cicerone detorqueamus aliquid. S. An putas, omnes convivas illa ſumtuum immanitate delectari? R. Non puto, niſi forte ſint lurcones, aut aſoti, aut Apiciani (ut ita dicam) ventricolæ. Cæterum quid eſt in cauſa? S. Rogas? convivatorum non modo ſtultitia, ſed etiam inſania. R. *Maxima pars hominum morbo jactatur eodem*, ut ait Horatius. S. Sed hos hanc cenſuram omittamus, juxta proverbium: Ne ſutor, &c. R. Redeamus igitur ad propoſitum. Quale vinum appoſitum eſt? S. Si de colore quæris, album, nigrum, fulvum, ſanguineum: deque ſingulis coloribus vina multiplicia; ſi de bonitate, omnia fere generoſiſſima: ſed inprimis commendabant illud vini genus ex Burgundia, quod vulgo vocatur Arboſium. R. Unde hoc petebatur? S. E patrui cella vinaria. R. Habetne multum ejuſmodi? S. Duos cados vini helvoli: duos item albi limpidiſſimi. R. Quis fuit prandii exitus? S. Ubi videt patruus convivas omnes pene defeſſos edendo, bibendo, colloquendo, tunc vinum fundi jubet ſingulis: omnes ad extremum potum invitat: hinc ordine tolluntur omnia: inſternuntur menſis lautiora mantilia ex lino tenuiſſimo; datur aqua odorifera manibus leviter abluendis, ego & patruelis de more Deo gratias agimus: ipſe vero patruus clara voce agit univerſo cœtui: tandem

deun primus Syndicus, convivarum nomine, ſatis accurato ſermone publicas agit convivatori : ſimul objurgat eum, quod tam magnifico & ſumtuoſo apparatu convivatus fuerit. Imo (inquit patruus) mihi quæſo ignoſcite, quod vos pro dignitate non ſatis ampliter tractaverim. His dictis : ſurgunt e menſa univerſi : magna pars valedicto, ſtatim diſcedit : cæteri manent, ſtantes & colloquentes in aula. R. Quid vos interea, qui miniſtraveratis ad menſam ? S. In culinam ad prandium nos recipimus : corpus illic otioſe & ex animi ſententia curavimus. R. Ubi erat interim Præceptor ? S. Patruus illum ſeorſim vocaverat ad colloquium. R. Credo, ut ſe & filium ſuum de meliore nota commendaret. S. Iſtud eſt veriſimile. R. Nelcis, quæ fuerit cauſa tanti convivii? S. Quid mea ſcire refert? R. Tanto minus igitur mea. S. Recte colligis : & ſic exſpectabam. R. Atqui non ſum dialecticus. S. Tibi eſt naturalis dialectica. R. Eandem habent & ruſtici. S. Sed age, dic mihi ſerio, non ego te tractavi magnifice ? R. Tali convivio nunquam interfueram. S. Gaudeo ſtomacho tuo ſatis eſſe factum. R. Eſt Deo gratia, qui dedit nobis otium tam jucundum. S. Surgamus tandem, nam audio pueros à luſu diſcedere.

COLLOQ. XXX.

Argumentum : *Famulum herus, quid & quanti obſonatus ſit, interrogat, & ægre fert, eum cibos, quibus delectari ſolebat, non emiſſe.* Exemplum prudentiæ in emendo.

Rudolphus herus, *Stephanus* famulus.

Fuiſtine hodie in foro ? S. Fui. R. Quando? S. Poſt concionem ſacram. R. Quid emiſti nobis? S. Fere nihil. R. Quid autem ? S. Butyrum. R. Quanti ? S. Baco. R. Tantillum. S. Non auſus ſum amplius emere. R. Quid timebas ? S. Ne bonum non eſſet. R. Satis prudenter factum.

Digitized by Google

factum. S. Cur istud dicis here? R. Quia malim te esse hac in re timidiorem, quam audaciorem. Sed nunquid emisti præterea? S. Nihil. R. Eho nihilne? S. Nihil prorsus. R. Vah, quam parce nobis obsonatus es? S. Quid aliud emere potuissem. R. Quasi nescias, quibus cibis oblectari soleam. S. Scio, te amare caseum molliusculum, & pyra & alios fructus recentes. R. Recte dicis; cur ergo non emebas? S. Caseus ipse carior erat pro nostra pecuniola. R. Quid fructus? S. Alii erant non satis maturi: de aliis ego dubitabam, essentne boni. R. Miser! non poteras gustare? S. Atqui istæ mulieres nihil gustari permittunt, nisi te emturum affirmes. R. Nihil mirum: multi enim gustarent animi tantum gratia. Tu igitur esto alias prudentior. S. Quomodo? R. Si videris pulchrum aliquem fructum, eme aliquantulum denariolo, ut facias periculum. S. Quid tum præterea? R. Si tibi sapuerit, tum emito amplius: sin minus, relinquito, & alio te conferto. S. Bona est ista cautio. R. Memineris igitur, ut ipse postea utaris. S. Ego, ut spero meminero diligenter. Num quid vis præterea? R. Ut curés, quæ tui sunt officii, deinde literis incumbas.

COLLOQ. XXXI.

Argumentum: *De carnis emtione Divinatio ex conjecturis contra vulgi opinionem de fortuna. Mali mores tenacius retinentur. Solus Deus adjutor. Linguæ lapsus ex imprudentia. Memoria exercenda. Dociles proficiunt admoniti.*

Samuel, Thomas.

Unde redis? T. E foro. S. Quid emisti? T. Carnem. S. Qualem? T. Vitulinam. S. Ostende quæso, fere nova res est hoc tempore. T. Vide. S. Bona videtur mihi. T. Non falleris opinor. S. Quot sunt libræ? T. Nolunt tanii appendere vitulinam. S. Cur non? T. Propter novitatem. S. Vide astutiam: scilicet quisque vendit, quam potest cariissime. T. Rem acu tetigisti. S. Quantum putas pendere? T. Duas libras, & paulo amplius. S. Quanti emisti?

sti? T. Age divina. S. Non sum divinus. T. Atqui multi divinant, qui tamen divini non sunt. S. Fieri potest, sed ex quibusdam conjecturis, alioqui divinatio vetita est in divinis literis. T. Divina igitur ex conjectura? S. Emisti totum duobus bacis? T. Paulo minoris. S. Quanti ergo? T. Tenta iterum. S. Uno baco. T. Nolo te diutius torqueri de nihilo. S. Dic igitur, sodes. T. Hoc totum constitit mihi tribus cruciatis. S. Profecto fortuna tibi pulchra fuit. T. Quam mihi narras fortunam? S. Hic mos est loquendi. T. Mos (ut dicitur) tyrannus est pessimus. Atqui utinam bonos mores tam studiose coleremus, quam obstinate retinemus malos. S. Tunc melius se haberent omnia. T. Nos igitur fortunam istam ethnicis & impiis relinquamus. Fortuna nihil est: Solus est Deus, qui favet nobis, solus est adjutor & protector noster. S. Istud quidem certo scio, fideliter credo & vere confiteor: sed quid agas? sæpe labitur lingua, nihil mali cogitante animo. T. Oportebat te illud meminisse. Ne lingua præcurrat mentem. S. Istud quidem didicimus e septem Sapientum dictis: sed non semper occurrunt ejusmodi pulchre dicta, licet ea mandaverimus memoriæ. T. Tanto igitur magis illa est exercenda, ut nobis, quum opus est, suppetat. S. Isto tuo admonitu discam esse alias prudentior. T. Sed audio signum dari: desinamus.

COLLOQ. XXXII.

Argumentum: *Aliquot nomina carnis generum. Reprehenditur imperite loquutus. Vivarium ferarum. Hortatio ad agnoscenda beneficia Dei. Eleemosyna secreta.* Locus ex Evangelio.

Stephanus, Trebatius.

Nunc demum redis à foro? T. Quid demum? tanta est ad lanienam turba, ut vix accedere potuerim. S. Quas attulisti nobis carnes in diem crastinum? T. Bubulam & vervecinam. S. Estne in foro carnium magna copia? T. Tanta profecto, ut mirer, adeo caras esse. S. Nihil mirum;

Digitized by Google

rum; ut multæ ſunt carnes, ita multi, qui carnes edunt quotidie. T. Sed quæ potiſſimum vidiſti carnis genera? T. Vidi bubulam, vitulinam, vervecinam, ſuillam, hœdinam, agninam. S. Nihilne amplius? T. Quid velles præterea? S. Nihil igitur erat ferinæ? T. Non queo referre ſimul omnia: imo etiam ferinam vidi. S. Qualem? T. Cervinam & aprugnam: ô quam pinguis eſt aprugna! S. O quam ineptus es? T. Quid ita? S. Quia falleris in rerum nominibus. Nam quod in ſue domeſtica dicitur arvina, id in ſue fera (id eſt apro) callum vocatur, & eſt in eo genere duriſſimum. T. Iſtud quidem audire non memini. S. Nunc audiſti: manda (ſi vis) memoriæ. T. Tu vero doctor unde iſtud didiciſti? S. Domi noſtræ ferina caro res eſt frequentiſſima. T. Unde vobis tanta eſt copia? S. Pater habet ruri ferarum multarum vivarium, ex quo interdum ſolidi apri in urbem adferuntur. T. Quale eſt vivarium iſtud? S. Locus eſt fere quadrangulari forma ampliſſimus, muris altiſſimis ſeptus undique, conſitus multis & proceris arboribus: inter quas ſunt dumeta maxime denſa. T. Quales ſunt illic arbores? utrum urbanæ an ſilveſtres? S. Silveſtres fere omnes: ſed in his ſunt potiſſimum quercus & fagi, quarum glande paſcuntur cervi, apri, damæ. T. O quantas merito gratias Deo debetis, qui vobis largitus eſt tantam rerum omnium abundantiam! S. Non ſumus immemores beneficiorum ejus. Pater enim plurima bona in pauperes erogat: quod tamen tibi uni dictum eſſe velim. T. Cur ita? S. Quia talia non vult prædicari. T. Tanto magis laudandus, quod Chriſti præceptum vere ſequitur, cujus verba apud Matthæum ſcripta ſunt: quum facis (inquit) eleemoſynam, & quæ ſequuntur. S. Quoto capite? T. Sexto, niſi me fallit memoria. S. Sed hæc hactenus, ſatis enim ſumus collocuti, & jam ad diſputandum convenitur. T. Eamus igitur.

S. Sequere me: aut (ſi mavis) præcede. T. Ego neutrum faciam, ſed una ibimus.

COLLOQ. XXXIII.

Argumentum: Colloquuntur pueri inter ſe de vindemia & arborum fructibus. Prudens reſponſio. Proverbium: Sæpe etiam eſt olitor verba opportuna locutus. Per occaſionem pauca de Præceptoris in dictandis proverbiis diligentia, & pueris pædagogorum prælectione non onerandis, interſeruntur.

Thomas, Varro.

Salve, Varro. V. O Thoma, auſpicato adveneris: valesne bene? T. Optime, gratia Deo: tu vero, ut vales? V. Recte ſane, Dei beneficio, ſed quando rediſti domo? T. Nudius tertius. V. Bene habet, opportune veniſti. T. Nempe ſciebam inſtare vacationis terminum. V. Placetne, ut otioſe aliquamdiu confabulemur? T. Maxime, dummodo ſemoti ſimus ab hac turba clamoſa ludentium. V. Bene mones, ſecedamus in auditorium illud, quod eſt apertum. T. Quam apte hic ſedemus! Age loquamur libere. V. Suntne peractæ veſtræ vindemiæ? T. Omnino. V. Quantum temporis poſuiſtis in toto opere? T. Dies circiter quindecim. V. Tu igitur ſemper interfuiſti. T. Nullum intermiſi diem. V. Quid agebas? T. Uvas ſæpius colligebam. V. Verbo *colligebam*, debuiſti aliquid addere. T. Quidnam, quæſo? V. Et edebam. T. Quid opus fuit? de hoc nemo dubitare poteſt. Quis enim fructus bonos & maturos legit, quin edat etiam ex optimis? V. Profecto recte loqueris: euge reſponſum laudo. T. Jamne putabas os occluſiſſe mihi? V. Iſtud ne cogitavi quidem. T. Quid igitur? V. Non exſpectabam tam promtum tamque prudens reſponſum. T. Nihil eſt, quod mireris. Nam, ut eſt in proverbio: *Sæpe etiam eſt olitor verba opportuna loquutus.* V. Cui debes proverbium? T. Magiſtro Juliano. Is enim dictat nobis interdum proverbia ejusmodi & pulchras ſententias ex bonis auctoribus. V. Optima vobis conſulit; ſed quibus horis id ſolet face-

Digitized by Google

facere. T. Nonnunquam a cœna: sæpius autem, quum in auditorio nihil habemus reddere. V. Utinam sic omnes facerent: dummodo non essent impedimento quotidianis scholæ exercitationibus. T. Bene subjunxisti istam exceptionem per adverbium *dummodo*. Sunt enim quidam Pædagogi, qui suis dictatis & privatis lectionibus sic onerant pueros suos, ut non possint in schola satisfacere. T. Inde fit, ut ipsi Præceptores interdum conquerantur de talibus Pædagogis. Sed quid agimus? redeamus ad sermonem institutum. V. Placet. T. Fuistine semper occupatus in uvis colligendis. V. Opus illud paucis diebus absolvitur, propterea quod ita magnus operariorum numerus ad id locari solet. T. Quid deinde fit? V. Calcantur uvæ: vinum hauritur e cuppis majoribus; eadem opera diffunditur in dolia: deinde uvæ ipsæ, nondum expressæ, subjiciuntur prelo in torculari: postremo exportantur & abjiciuntur vinacea. T. Atqui non curabas ista? V. Imo curabam aliqua in parte. Nam agendis omnibus intereram, maxime ut solicitarem operarios. T. Eras ergo illis tanquam præfectus & quasi magister operum. V. Imo etiam revera magister operum & præfectus: pater enim me præfecerat. V. Quam gaudebas isto magisterio; quam pulchrum erat videre te cum tua gravitate aliis imperantem, alios adhortantem, alios denique arguentem! V. Profecto si vidisses, me dixisses alium esse quam in schola discipulum. T. Ut video, non eras otiosus. V. Imo ut bonus paterfamilias adhibebam sæpenumero manus operi, ut ipsos operarios meo exemplo instigarem. T. Non abs re (ut apparet) pater te huic muneri præfecerat, V. Nempe aliis in rebus expertus erat meam diligentiam. T. Absit tamen verbo jactantia. V. Ego sic intelligo: sed libere sic loquor, quia cum familiari meo. T. Sed pergamus. Quanta est vobis vini copia? V. Mediocris, qualis fere hoc anno ubique esse dicitur:

EGo miror, Ich verwundere mich, quid tibi velis, was du damit meyneſt, tu es ferè ſemper otioſus, du biſt faſt allezeit müßig, aut garris, oder ſchwätzeſt, aut ineptis, oder treibeſt Narrenpoſſen. B. Quid vis faciam, *i. e. ut faciam?* was wilt du, daß ich thun ſoll? A. Ut ſtudeas, daß du ſtudireſt, diligenter, fleißig. B. Cur mones me iſtud? warum erinnerſt du mich das? A. Pro amore meo in te, weil ich dich lieb habe, que, und, utilitate tua, dir nütz iſt. B. Fruſtra mones, du ermahneſt mich vergeblich.

geblich. A. Quid ita? wie ſo? B. Quia non eſt mihi animus in literis, weil ich keine Luſt hab zum ſtudiren. A. Quid ergo velles, *ſc. agere*, was wolteſt du dann lieber thun? B. Diſcere, lernen, artem aliquam, eine Kunſt oder Handwerck, aptam ingenio meo, wozu ich werde tüchtig ſeyn. A. Jamne cogitaſti, haſt du dich ſchon bedacht, quænam ars, was für eine Kunſt, placeat tibi, dir gefalle, potiſſimùm, fürnemlich, oder zu welchem Handwerck du ſonderlich Luſt habeſt? B. Jam pridem, vorlängſt. A. Cur ergo non admones? warum (erinnerſt du es) ſagſt du es dann nicht, patrem, dem Vater? B. Nunquam auſus ſum, ich habe niemals getraut. A. Cur non? warum nicht? B. Vereor, ich förchte, ne iraſcatur mihi, er werde über mich zornig. A. Roga Præceptorem, bitte den Lehrmeiſter, ut dicat illi, daß ers ihm ſage. B. Imo, ja, mi Adolphe, mein lieber Adolphe, oro te, ich bitte dich, tu ipſe, du ſelbſt, dic Præceptori, ſag es dem Lehrmeiſter, verbis meis, in meinem Namen, oder meinet wegen: nam, dann, verecundia, die Schamhafftigkeit, impedit me, verhindert mich, oder ich ſchäme mich. Facieſne, wilt du thun, quod rogo, was ich begehre? A. Faciam certè, ich wills gewiß thun? idque libentiſſimè, und darzu gar gerne. Enim, dann, tædet me valde, es verdreuſt mich ſehr, videre te adeò remiſſum, daß ich dich ſehr müßig ſehe. B. O quàm gratum feceris mihi! O wie einen angenehmen Dienſt wirſt du mir erzeigen. A. Sed, aber, Præceptor, der Lehrmeiſter, appellabit te, wird dich ſelbſt anreden. B. Quid tum, was ſchadets dann? Occaſio oblata, die gegebene Gelegenheit, reddet me audacem, wird mich kühn machen, ad mentem meam liberè aperiendam, mein Gemüth, oder Hertz, frey zu offenbahren. A. Rectè judicas, du urtheileſt recht,

Digitized by Google

recht, (du biſt recht daran.) B. Igitur, derohalben, tu, du, fac memineris promiſſi, mach daß du an dein Verſprechen gedenckeſt: deinde, darnach, renuntia mihi, ſag mir wieder, quid ille reſponderit tibi, was er dir zur Antwort gegeben. A. Alioqui, ſonſten, eſſem tibi nuntius inutilis, wäre ich dir ein unnützer Botte (Unterhändler.)

Explicatio Vocabulorum.

COLLOQ. I.

LIB. II.

MIror, miratus ſum, mirari, 1. ſich verwundern.
Ego, ich, *eſt pronomen 1. perſon. gen Omnis.*
Quis, wer? quæ, welche? quid, was? *Pron.*
Tu, du, G. Tui, deiner, D. Tibi, dir, *pron. ſecundæ perſonæ, gen. Omnis.*
Volo, volui, velle, wollen, conj. *Præſ.* velim, velis, &c. *verb. anom.*
Ferè, faſt, ſchier, *Adv.*
Semper, allezeit, *Adv.*
Otioſus, a, um, müßig, *nomen adj.*
Aut, oder, *Conj.*
Garrio, ivi, itum, ire, 4. ſchwätzen, plaudern.
Ineptio, ivi, itum, ire, 4. ſich närriſch anſtellen, Narrenpoſſen treiben, ungeſchickt ſeyn in Worten und Wercken.
Ut, daß, *Conj.*
Studeo, ſtudui, *caret ſup.* ſtudére, 2. ſtudiren.
Diligenter, fleißig, *Adv.* Cur, warum? *Adv.*
Iſte, derſelbe, iſta, dieſelbe, iſtud, daſſelbe.
Moneo, mones, monui, monitum, monere, 2. ermahnen.
Pro, für, *Præpoſ. regens ablat.*
In, in, auf, an, præpoſ. regens Accuſ. quum quæſtio fit per quo? wohin? Ablat. quum quæſtio fit *per* ubi? wo?
Amor, oris, 3. g. m. die Lieb.
Tuus, a, um, dein, *pronomen poſſeſſivum.*
Que, und, *Conj.*
Utilitas, utilitatis, 3. g. f. Nutzbarkeit.
Fruſtra, vergeblich, *Adv.*
Quid ita, wie ſo? *Adv.* Quia, dieweil, *Conj.*
Non, nein, nicht, *Adv.*

Animus, i, 2. m. das Gemüth).
Literæ, literarum, *hoc loco* die freyen Künſte, *plur. num. tantum in hac ſignificatione.*
Ergo, derohalben, dann, deßwegen, *Conj.*
Diſco, didici, diſcere, 3. lernen.
Aliquis, aliqua, aliquod vel aliquid, einer, jemand. Componitur ex particula *Ali*, & pronomine *Quis*, *quæ*, quid vel quod.
Ars, artis, 3. f. eine Kunſt.
Aptus, a, um, tüchtig, geſchickt, *aptior*, *aptiſſimus.*
Ingenium, ii, 2. g. n. Verſtand, Art, Natur.
Jam, ſchon, *Adv.*
Ne, hoc loco eſt adverb. interrogandi, & nihil ſignificat, ſed facit tantùm interrogationem, ut; Eſtne Conſul domi? Iſt der Burgermeiſter zu Hauß?
Cogito, avi, atum, are, 1. gedencken. Cogitâſti pro cogitaviſti.
Quisnam, quænam, quodnam vel quidnam? wer dann? welche dann? welches dann? *Pron.*
Placeo, placui, placitum, placére, 2. gefallen.
Potiſſimum, potiſſimè, fürnemlich, *Adv.*
Cur, warum? *Adv.*
Admoneo, ui, itum, ére, 2. erinnern, ermahnen.
Nunquam, niemals, *Adv.*
Audeo, auſus ſum, audére, 2. dörffen, kühn ſeyn, unterſtehen.
Vereor, veritus ſum, veréri, 2. förchten, *verbum Depon.*
Ne, daß nicht, *conj. cauſalis.*
Iraſcor, iratus ſum, iraſci, 3. zörnen.
Rogo, avi, atum, are, 1. fragen, bitten.
Dico, dixi, dictum, dicere, 3. ſagen.
Imo, ja, *Adv.*
Oro, avi, atum, are, 1. bitten.
Ipſe, ipſa, ipſum, er, ſie, es, *Pron.*
Nam, dann, *Conj.*
Verecundia, æ, 1. g. f. die Schamhafftigkeit.
Impedio, ivi, itum, ire, 4. verhindern.
Certè, gewißlich, *Adv. affirmandi, vel jurandi*, certius, certiſſimè.
Libenter, gerne, libentius, libentiſſimè, *Adv.*
Valde, ſehr, *Adv.* Enim, dann, *Conj.*
Tædet, tæduit, & tæſum eſt, tædére, verdrieſſen laſſen, *verbum Imperſ.*

Video,

Digitized by Google

Video, vidi, visum, videre, 2. sehen.
Adeò, so gar, so sehr, *Adv.* intendendi.
Remissus, a, um, nachläßig, faul, à verbo remitto, remisi, remissum, remittere, 3. nachlassen, vergeben, verzeihen.
O! O! *interjectio exclamantis.*
Quam, wie, *Adv. intendendi hoc loco.*
Gratus, a, um, angenehm, gratior, gratissimus.
Sed, aber, *Conj.*
Appello, avi, atum, are, 1. zu Red stellen, anreden, für Gericht laden.
Quid tum? was ists dann? *Adv.*
Offero, obtuli, oblatum, offerre, anbieten, oblatus, a, um, angeboten, angegeben.
Occasio, onis, 3. g. f. Gelegenheit.
Audax, audacis, *adj. unius term.* g. o.
Reddo, reddidi, redditum, reddere, 3. machen, wiedergeben.
Mens, mentis, 3. g. f. das Gemüth.
Libere, frey, liberius, liberrimè, *Adv.*
Aperio, aperui, apertum, aperire, 4. öffnen, entdecken, aperiendus, a, um, fut. part. passivi, einer so da soll geöffnet werden, oder, so zu öffnen ist.
Recte, recht, rectius, rectissimè *Adv.*
Judico, avi, atum, are, 1. urtheilen.
Igitur, derohalben, *Conj.*
Promissum, i, n, & promissio, onis, f. eine Verheissung.
Memini, meminisse, eingedenck seyn, verbum defectivum.
Deinde, darnach, *Adv.*
Renuntio, avi, atum, are, 1. eine Bottschaft vollenden und ausrichten, einem etwas kund thun.
Respondeo, respondi, responsum, respondere, 2. antworten, zur Antwort geben.
Alioqui, sive alioquin, sonsten, *Conj.*
Nuntius, ii, 2. m. ein mündlicher Botte, *item*, mündliche Bottschaft.
Inutilis, unnützlich, inutilior, inutilissimus, *Adject. duarum terminationum.* Comp. ex in & utilis, nützlich.

Phrases.

MIrari aliquem, sich über einen verwundern, einen hoch halten.
Miror, te ad me nihil scribere, ich verwundere mich, daß du mir nicht schreibest. Cic. ad Att. l. 1. ep. 18.

Non *mirum eſt*, quod frater tuus non faciat progreſſus majores in ſtudiis, es iſt nicht zu verwundern, daß dein Bruder keinen gröſſern Fortgang hat im ſtudiren, *quia fere ſemper*, Præceptore abſente, *eſt otioſus, aut garrit, aut inepit*, weil er, wann der Lehrmeiſter nicht da iſt, faſt allezeit müßig iſt, oder ſchwätzet, oder Narrenpoſſen treibet.

Non potui ſatis *mirari*, ich hab mich nicht genug verwundern können

Miror quid tibi velis, mich wundert was du wolleſt.

Velis nolis, du wolleſt oder wolleſt nicht, pro velis aut nolis.

Quid hoc ſibi vult? was hat das zu bedeuten?

Tu ſemper es *otioſus*, du biſt allezeit müßig.

Domi ſedet *otioſus*, er ſitzt daheim müßig.

Scabioſus nunquam eſt *otioſus*, ein Grindiger iſt nimmer müßig, (*otioſus* etiam ſignificat, ruhig, unbekümmert, ſorgloß: ut otioſus à meru, ſorgloß, ſententiæ otioſæ, unfruchtbare, liederliche Reden.)

Garrire nugas, unnütz Geſchwätz treiben.

Garrire in aurem, in die Ohren ſchwätzen, heimlich ſagen.

Garrulus, garruli, m. ein Schwätzer, *garrulus, a, um*, ſchwätzig.

Garrientes notandi ſunt, die Schwätzer müſſen aufgezeichnet werden. Garrientium nomina notata ſunt in tabula, die Schwätzer ſtehen an der Tafel.

Quis ita garrit? wer ſchwätzt doch ſo? *cuſtos ipſe*, der Aufmercker ſelbſt. Obſervator, Claviger, *Clavigeri*, der Aufmercker, Schlüſſelträger.

Domine Præceptor, omnes mei condiſcipuli *garriunt & inepiunt*, Herr Lehrmeiſter, alle meine Mitſchüler ſchwätzen und treiben Narrenpoſſen, *ineptus, a, um*, ungeſchickt, *ineptiæ, arum*, g. f. Gauckeley, *ineptè, adv.* närriſch, *apte, aptius, aptiſſimè*, geſchickt.

Lubens illud *faciam*, das will ich gern thun. Nihil faciam libentius, ich will nichts liebers thun.

Hoc facio invitus, das thue ich ungern, wider meinen Willen.

Volo *ſtudeas*, ich will, daß du ſtudireſt.

A teneris annis, *ab ineunte ætate diligenter ſtudüit*, er hat von Kind auf fleißig ſtudirt; *annus, i*, Jahr, *tener, tenera, tenerum*, zart.

Beatus hoc ſemeſtri *diligenter ſtudebit*, literis operam dabit, der Beatus wird dieſes halbe Jahr fleißig ſtudiren.

Cur

Cur non ſtuduiſti in muſeo? warum haſt du nicht ſtudirt in der Studirſtube: muſeum, i, 2. n. Studirſtub.
Studere aliquid facere, ſich befleißigen etwas zu thun.
Studere literis, ſich aufs Studiren legen, laudi, pecuniæ, *rebus novis*, mit Erneuerungen oder Veränderungen umgehen; (Aufruhr erregen.)
Studeo huic uni, in unum hoc, & in hoc uno, i. e. huic uni operam do. Studere partibus alicujus, eſt favere.)
Cur me iſtud *monuiſti*? warum haſt du mich daran erinnert? gemahnet?
Monere aliquem literis, einen durch ſchreiben ermahnen, aliquem de re aliqua, einen wegen eines Dinges ermahnen.
Hoc unum te *moneo*, hoc unum te admonitum velim; dieſes wolte ich dich nur ermahnet haben.
Moneo te, ut caveas ab illo; ich warne dich, hüte dich für dem, quoties iſta monitus es? & adhûc quotidie ea moneris, wie oft hat man dich deſſen erinnert? und man ermahnet dich noch täglich daran.
Moneo te, *pro amore meo in te, tuaque utilitate*; ich ermahne dich, weil ich dich lieb habe, und es dir nützlich iſt.
Monebo ipſum ex mandato patris, judicum, ich will ihn ermahnen auf Befehl des Vaters, der Richter.
Fruſtra illum mones, du ermahneſt ihn vergeblich.
Sedulò quidem & mones & hortaris, *ſed fruſtra*, du ermahneſt und warneſt zwar ernſtlich und mit Fleiß, aber vergeblich.
Non eſt mihi animus in literis, ich habe keine Luſt zum ſtudiren. (*Non amo literas. Habeo animum à literis alienum. Abhorreo à literis.*) *Capis me odium vel ſatietas ſtudii*, ich bin des Studirens ſatt und überdrüßig.
Eſt mihi animus in patinis, ich habe Hunger, es hungert mich.
Sit tibi animus, habs Hertz.
Volo *diſcere artem aliquam aptam ingenio meo*, ich will eine Kunſt lernen, wozu ich tüchtig bin.
Didici hanc artem uſu, ich habe dieſe Kunſt aus Erfahrung gelernt.
Diſcere ex literis alicujus, aus eines Schreiben vernehmen: *diſcere ab aliquo, ex aliquo aliquid*, von einem etwas lernen: *diſcere fidibus*, auf Seiten-Spiel lernen, Cic.
Ingenium meum linguæ Græcæ non eſt *aptum*, die Griechiſche Sprach wil mir nicht in den Kopf, ſchickt ſich nicht für meinen Kopf.

Aptus alicui rei & ad aliquid, zu etwas tüchtig, gerecht, Calceus aptus pedi & ad pedem, ein Schuh ſo einem gerecht. Aptus ſtudiis, tüchtig zum Studiren.

Nactus eſt uxorem *aptam ingenio ſuo*, er hat ein Weib bekommen nach ſeinem Sinn.

Diſcam artem mechanicam aptam ingenio meo, ich will ein Handwerck lernen, wozu ich tüchtig bin, veſtis eſt apta (conveniens, congrua) patri, das Kleid iſt dem Vatter gerecht.

Jamne cogitaſti quænam ars tibi placeat potiſſimùm, haſt du dich ſchon bedacht, zu welcher Kunſt du abſonderlich Luſt haſt.

Studia non mihi *placent*, ich habe keine Luſt zum ſtudiren. Valedicam ſtudiis, ich will dem Studiren gute Nacht ſagen.

Mercatura mihi placet potiſſimùm, ich habe ſonderliche Luſt zur Kaufmanſchaft.

Nolo placere omnibus, quia nec omnes mihi placent, ich begehre nicht allen Leuten zu gefallen, weil mir auch nicht alle Leute gefallen.

Placet ſibi, er hält viel von ſich ſelbſt.

Uni placet Theologia, alteri Medicina, einer hat Luſt zur Theologie, der ander zur Artzney. Admoneo te hujus rei, hanc rem, de re hac, ich erinnere dich an diß Ding.

Admonere patrem, den Vatter dran gemahnen.

Admonere aliquem officii ſui, jemand ſeines Ampts erinnern.

Putavi ea de re diſcipulos eſſe *admonendos*; viſum eſt mihi ea de re diſcipulos *admonere*, mir hat gut gedeucht die Schüler hierinn zu warnen, admonere aliquem alicujus rei, einen an ein Ding erinnern, (ſic diligentiæ, promiſſi, debiti.)

Admoneri ab amicis, von den Freunden erinnert werden.

Audere aciem, das Hertz haben, ſich in einer Schlacht zu præſentiren. Tacit.

Audere periculum in aperto, etwas gefährliches ohne Scheu, öffentlich auf ſich nehmen. Tacit.

Vereor, ne Princeps Elector *iraſcatur mihi*, ich fürchte, der Churfürſt zürne über mich.

Verendus, a, um, wohl zu fürchten.

Vereor dicere, ich darfs nicht ſagen.

Vereor, ut poſſim, ich ſorge, ich könne es nicht.

Vereor ne Præceptor omnia reſciverit, ich fürchte der Lehrmeiſter habe alles erfahren.

Digitized by Google

Vereor conſpectum Præceptoris, ich fürchte mich dem Lehrmeiſter unter die Augen zu gehen.
Vereor caritatem annonæ, ich befahre mich einer Theurung.
Iraſci alicui, über einen zürnen, iraſci cum aliquo, mit einem zürnen.
Iraſci alicui de aliquo, wegen eines Dings mit einem zürnen: *iratus, a, um*, zornig, erzürnt, *iracundus, a, um*, gähzornig, *ira vehemens*, ein heftiger Zorn, *ira divina*, der Zorn GOttes, *ira repentina*, gäher Zorn, *facilis ad iram*, der leicht zürnen kan.)
Nihil commiſi cur *mihi iraſcaris*, ich habe nichts gethan, weßwegen du über mich zürnen mögeſt.
Vehementer mihi iratus eſt, er iſt mir ſpinnen feind, todtfeind, infenſus eſt mihi, er iſt mir feind, auffätzig.
Rogare aliquem de aliqua re, einen um etwas bitten.
Rogare aliquem mutuam pecuniam, Geld von einem entlehnen wollen.
Rogare aliquid ab aliquo, etwas von einem begehren.
Roga Præceptorem, *dicat patri tuo, tibi non eſſe animum in literis* bitte den Lehrmeiſter, daß er deinem Vatter ſage, du habeſt keine Luſt zum ſtudiren, (*abrogare*, abſchaffen, hinweg thun, *arrogare*, ihm ſelbſt zumeſſen, *arrogans, antis*, ſtoltz, *interrogare*, fragen, *prorogare*, verlängern, *ſubrogare*, an eines andern Stelle ſtellen, *ſurrogare*, *idem*.)
Orare aliquem, einen bitten.
Orare aliquem multis & ſupplicibus verbis, einen ſehr demüthig bitten, etiam atque etiam, höchlich bitten.
Orare aliquem per Deum, einen um GOttes willen bitten.
Orare pro aliquo, für einen bitten.
Orare aliquid ab aliquo, von einem etwas bitten.
Orare aliquem pro ſalute alicujus, für eines Wohlfahrt bitten. (*Adorare*, anbeten, *exorare*, erbitten, *perorare*, ausreden, eine lange Rede vollenden.)
Dicere verbis alterius *alicui* aliquid, einem etwas ſagen in eines andern Namen.
Dicam Præceptori verbis tuis, ich wills dem Lehrmeiſter ſagen in deinem Namen.
Dicere pace alicujus, mit eines Urlaub reden, ut pace tuâ dicam hoc, halt mirs zu gut, daß ich das reden mag.
Dicere pro certò, für gewiß ausſagen.
Dic Prætori verbis meis ſalutem, grüß den Schultzen in meinem Namen, meo nomine.

Dicere

Dicere vera, die Wahrheit ſagen, dicere ex animo, von Hertzen ſagen, wie mans meynet.

(*Addicere*, zuſagen, *prædicere*, zuvor ſagen, *benedicere*, ſegnen, von jemand Guts reden, *contradicere*, widerſprechen, *edicere proprie eſt Magiſtratuum*, gebieten, ein Mandat ausgehen laſſen, *edictum*, *i*, ein *mandat*, Gebott, *indicere*, anſagen, *interdicere*, verbieten, *maledicere*, übel reden.)

Verecundia impediebat me, ich ſchämete mich, oder die Schamhaftigkeit verhinderte mich.

Impediri aliquâ re, durch ein Ding verhindert werden, morbo, pudore, &c. Quo morbo impeditur? febri.

Impedire aliquem aliquâ re, einen in einem Ding verhindern.

Nihil impedio, ich laß es geſchehen.

Penſum meum jam abſolviſſem, niſi Petrus impediviſſet me, ich hätte mein Tagwerck ſchon vollendet, wann der Peter mich nicht verhindert hatte.

Facieſne quod rogo? wilt du mich meiner Bitte gewähren? (thun was ich bitte.)

Dicturusne es quod *rogo?* wilt du ſagen, was ich dich frage.

Dicam, *faciam libentiſſimè*, ich wils gar gerne ſagen, thun, haud gravatè faciam, ich wils gern thun.

(*Fecit* gravatim, er hats ungern gethan, haud quaquam fecit ex animo. *Conficere*, ausmachen, vollenden, *deficere*, abnehmen, *efficere*, vollbringen, verſchaffen, *interficere*, umbringen, *interfector*, *oris*, *g. m.* ein Todtſchläger, *officere*, ſchaden, *officium*, ein Amt, *perficere*, vollbringen, *reficere*, erquicken, *ſufficere*, genug ſeyn, *bene facere*, guts thun, *malefacere*, übel thun, *arefacere*, dürr machen, *pinguefacere*, fett machen, *aſſuefacere*, gewöhnen.)

Tædet me videre te adeo remiſſum, es verdreuſt mich, daß ich dich ſo nachläßig und faul ſehen muß.

Tædet me hujus rei, das Ding verdreuſt mich.

Tædet me vitæ, es verdreuſt mich zu leben. Tædet me laboris, es verdreuſt mich der Arbeit. Tædet me hic diutius morari, ich bins hier müde, (mag hie nicht länger bleiben.)

Animus *remiſſus*, ein ſchläfferig Gemüth, remiſſus animo, idem. Remiſſio, onis, 3. Ablaſſung, Verzeyhung.

Remiſſius tractare ſtudia, nicht mehr ſo fleißig ſeyn.

Mitto, *miſi*, *miſſum*, *mittere*, 3. ſchicken, ſenden, *mitte me*, laß mich mit frieden, *amitto*, ich verliehre, *admitto*, ich laſſe zu, *committo*, ich begehe, *demitto*, ich laſſe herab, *dimitto*, ich laſſe fahren, *dimittere oſculo*, mit einem Kuß abſcheiden,

Digitized by Google

ſcheiden, *emitto*, ich laſſe aus, *immitto*, ich laſſe ein, *intermitto*, ich unterlaſſe, *intromitto*, ich laſſe ein, *omitto*, ich laſſe unterwegen, *permitto*, ich laſſe zu, *promitto*, ich verheiſſe, *prætermitto*, ich laſſe fahren, *ſubmitto*, ich unterwerfe, *remitto*, ich vergebe, *transmitto*, ich überſchicke.)

O quam gratum feciſti mihi, O wie einen angenehmen Dienſt haſt du mir erwieſen.

Facere alicui gratum, einem etwas zu Danck thun, angenehme Dienſte thun.

Facere gratiam alicui, einem etwas zu gefallen thun, eine Gnad erweiſen.

Appellare aliquem, einen zu Red ſtellen, anreden, einen um Hülf anrufen.

Blandè *appellare*, freundlich mit einem reden.

Appellare aliquem de pecunia, einen um Geld mahnen.

Appellare aliquem nomine, einen mit Namen nennen. *Compellare*, anreden, *interpellare*, in die Rede fallen.

Si occaſio ſe obtulerit, wann ſich die Gelegenheit præſentirt.

Uti *occaſione oblatâ*, die gegebene Gelegenheit ſich zu nutz machen (gebrauchen.)

Amittere *occaſionem oblatam*, die gegebene Gelegenheit fahren laſſen.

Hanc *occaſionem tibi oblatam* noli prætermittere, laß die angebotene Gelegenheit nicht vorbey gehen.

Reddere aliquem audacem, einen kühn machen. Reddere alicui animum, einem wieder einen Muth machen.

Reddere urinam, das Waſſer abſchlagen, peragere requiſita naturæ, ſeine Nothdurſt verrichten.

Aperui ipſi mentem meam liberè, ich habe ihm meine Meynung rund heraus geſagt, animi mei ſenſa ipſi expoſui.

Recte judicare, recht urtheilen. Peſſimè judicavit, er hat ſehr übel geurtheilet.

Judicare de aliquo, Urtheil von einem fällen.

Judicare de re aliqua inter aliquos, eine Sache zwiſchen andern entſcheiden.

Fac memineris promiſſi, mach, daß du an dein Verſprechen gedenckeſt.

Memento mori, gedencke, daß du ſterben muſt.

Meminiſſe alicujus, eines gedencken.

Renuntia mihi, quid ſocrus tua *reſponderit*, ſag mir wieder was deine Schwiegermutter geantwortet.

Ne verbulum reſpondit, er hat nicht ein Wort geantwortet.

Reſponde ad interrogata, antworte auf das gefragte.
Nuntius inutilis, ein unnützer Bott.
Frater tuus mihi heri fuit nuntius triſtis, dein Bruder hat mir geſtern eine traurige Bottſchaft gebracht.

COLLOQ. II.

BEATUS, CALVINUS.

VIſne permanere, wilt du verharren, in ignorantia iſta, in dieſer Unwiſſenheit? oder wilt du allezeit ungelehrt bleiben? C. Avertat Deus, da behüt mich GOtt für. B. Quid igitur facies? was wilt du dann thun? C. Quæſo, ich bitte dich, da mihi conſilium, gib mir einen Rath, ſuper hac re, in dieſer Sache. B. Inprimis, für allen Dingen, precare Deum, ruffe GOtt an, ſæpiſſimè, gar oft (emßiglich) & ex animo, und von Hertzen: deinde, darnach, eſto ſemper attentus, ſey allezeit aufmerckend, (*attent*) hoc eſt, das iſt, audito diligenter, ſolt du hören (mercken) fleißig, quicquid docetur, was gelehret wird, ſive, es ſey, Præceptor loquatur, daß der Lehrmeiſter rede, ſive, oder, condiſcipuli tui recitent aliquid, deine Mitſchüler etwas auffagen: poſtremò, endlich, cole charitatem, übe die Liebe, diligenter, fleißig. C. Quibus modis? auf was Weiſe? B. Neque lædito, du ſolt weder verletzen, neque offendito, noch erzürnen, neminem, jemand, invideto nemini, du ſolt auf niemand mißgünſtig ſeyn, habeto odio neminem, du ſolt niemand haſſen, ſed contrà, ſondern hingegen, dilige omnes, liebe alle, tanquam fratres, als Brüder, ac benefacito omnibus, und thu allen Gutes, quoad poteris, ſo viel du kanſt. C. Illa, die Dinge, quid conferent mihi, was werden ſie mir nutzen, ad profectum ſtudiorum, zum Zunehmen in meinem

nem Studiren? B. Plurimùm, ſehr viel. C. Quomodo, wie? B. Enim, dann, Deus ſic illuminabit tibi, ſo wird dir GOtt erleuchten, ingenium, den Verſtand, augebit, er wird vermehren, memoriam, das Gedächtniß, ac, und, dotes cæteras, die andern Gaben, animi, des Gemüths: denique, endlich, promovebit ita ſtudia tua, wird er dein Studiren alſo befördern, ut facias progreſſus majores, daß du weiter zunehmeſt, indies, von Tag zu Tag, in re ea, darinn, (in dieſer Sach.) C. Sane, fürwahr, das mihi, du gibſt mir, conſilium optimum, einen ſehr guten Rath, utinam valeam uti, wolte GOtt, daß ich mich deſſen gebrauchen könte, perpetuò, allezeit, in gloriam Dei ipſius, zu GOttes Ehren, que, und, referre tibi gratiam, mich in der That danckbar gegen dich erzeigen, aliquando, dermaleins. B. Non opto, ich wünſche oder begehre nicht, ut referas mihi aliquid gratiæ, daß du mir einigen Danck erweiſeſt, (danckbarlich einſtelleſt,) more eo, auf dieſe Weiſe, niſi ut laudes Deum, allein daß du GOtt darum lobeſt, ſæpenumero, oftmals, que, und, proſequaris ſemper, immer fortſetzeſt, (fortführeſt) ſtudia honeſta, löbliche Künſte, atque ita pervenias, und alſo kommeſt, (gelangen mögeſt) tandem, endlich, ad cognitionem, zur Erkäntniß, literarum divinarum, der Heiligen Schrift.

Explicatio Vocabulorum.

PErmaneo, permanſi, permanſum, permanere, 2. verharren, bleiben.

Ignorantia, æ, 1. f. Unwiſſenheit.

Averto, averti, averſum, avertere, 3. abwenden, paſſ. Avertor, averſus ſum, averti.

Do, dedi, datum, dare, 1. geben, *Paſſ.* daris vel dare, caret primâ perſonâ, præt. Conj. cum deris, caret prima perſona.

Super,

Super, über, in, præpoſ. regens Acc. & Abl.
Res, rei, 5. f. eine Sach.
Conſilium, conſi ii, 2. n. ein Rath.
Quæſo, ich bitte dich, lieber, *Plur.* quæſumus, *eſt verb. defectivum.*
Imprimis, fürnemlich, *Adv.*
Sæpè, oft, ſæpius, öfter, ſæpiſſimè, gar oft: *Adv.*
Animus, i, 2. m. das Gemüth.
Precor, precatus ſum, precari, 1. bitten.
Attentus, a, um, befliſſen auf ein Ding, à verb. Attendo, attendi, attentum, attendere, 3. aufmercken. Comp. ex Ad & Tendo, tetendi, tenſum & tentum, tendere, 3. ſtrecken, ſpannen.
Quisquis, wer nur? es mag, wer nur will, quæquæ, neut. quicquid *ſubſtantivè*: vel quodquod *adjectivè*, G. cujuscujus, D. cuicui.
Sive, oder, es ſey, *Conj.*
Loquor, loquutus ſum, loqui, 3. reden.
Aliquis, aliqua, aliquid, vel aliquod, etwa einer, etwa eine, etwas, pronomen compoſitum infinitum. Pl. N. Aliqui, etliche, aliquæ, aliqua.
Reddo, reddidi, redditum, reddere, 3. wieder geben, aufſagen, vox *comp.* ex præpoſ. Re, & verbo Do, ich gebe, Euphoniæ gratiâ d. interponitur.
Poſtremò, endlich, zuletzt, *Adv.*
Colo, colui, cultum, colere, 3. ehren, dienen, *Paſſ.* Color, cultus ſum, coli.
Charitas, atis, 3. f. die Liebe.
Modus, i, 2. m. eine Weiſe.
Nemo, neminis, 3. *Subſt. gen. communis*, niemand.
Neque, noch, weder, *Conj.*
Lædo, læſi, læſum, lædere, 3. verletzen, beſchädigen, paſſ. lædor, læſus ſum, lædi.
Offendo, offendi, offenſum, offendere, 3. verletzen, erzürnen, anſtoſſen.
Invideo, invides, invidi, inviſum, invidere, 2. mißgünſtig ſeyn.
Odium, odii, 2. n. der Haß.
Habeo, habui, habitum, habere, 2. haben.
Sed, ſondern, *Conj.* Contra, hingegen, *Adv.*
Diligo, dilexi, dilectum, diligere, 3. lieben.
Tanquam, gleich, als, *Adv.*

Ac,

Ac, und, *Conj.* Bene, wohl, *Adv.* Quoad, ſo fern nur, *Adv.*
Confĕro, contuli, collatum, conferre, vox comp. ex Con & fero, zuſammen tragen, item, mit einander rathſchlagen, vergleichen, collatus, a, um, zuſammen getragen.
Studium, ii, 2. n. das Studiren.
Profectus, us, 4. m. Zunehmung, à ver. proficio, profeci, profectum, proficere, 3. zunehmen, in literis, in ſtudiis, im Studiren.
Plurimùm, ſehr viel, *Adv.*
Illumino, avi, atum, are, 1. erleuchten.
Ingenium, ii, 2. n. Art, Natur, Verſtand, ingeniosè, ſinnreich, künſtlich, *Adv.* ingenioſus, ſcharfſinnig.
Cæteri, die andern, æ, a.
Dos, dotis, 3. f. Morgengab, Heyrathsgut.
Augeo, auxi, auctum, augére, 2. vermehren.
Denique, endlich, zuletzt, *Adv.*
Promoveo, promovi, promotum, promovere, 2. befördern.
Magnus, major, maximus, *Plur.* magni, *majores*, maximi, h. l. eſt Acc. Caſ.
Progreſſus, us, 4. m. & progreſſio, onis, f. das Fortgehen, Zunehmen, à verb. progredior, progreſſus ſum, progredi, 3. fortgehen.
Dies, diei, 5. g. m. & f. in ſingulari, in pl. tantum maſc. ein Tag, eine Zeit.
Conſilium, ii, 2. n. ein Rath. Sanè, gewißlich, *Adv.*
Utinam, wolte GOtt: Ach! *Adv.*
Gloria, æ, 1. f. Ehre, Ruhm.
Utor, uſus ſum, uti, 3. gebrauchen, *regit Ablat.*
Perpetuo, ſtäts, immerdar, *Adv.*
Valeo, valui, valitum, valere, 2. geſund ſeyn, können.
Aliquando, dermaleins, *Adv.*
Refero, retuli, relatum, referre, wieder geben, wieder bringen, comp. ex Re & *fero.*
Opto, avi, atum, are, 1. wünſchen, paſſ. optor, optatus ſum, optari.
Mos, moris, &c. Abl. more, 3. m. ein Sitte, Gebrauch, Weiſe.
Niſi, als nur, *Conj.*
Laudo, avi, atum, are, 1. loben.
Sæpenumerò, offtmals, *Adv.* Honeſtus, a, um, ehrlich.
Semper, allezeit, *Adv.*

Profequor, profequutus ſum, profequi, 3. verb. dep. verfolgen, fortſetzen.
Divinus, a, um, Göttlich, *gen. o.*
Litera, literæ, 1. f. ein Buchſtab, literæ, literarum, vero pl. num. tant. ein Brief, item, die freyen Künſte.
Cognitio, onis, 3. f. die Erkenntniß.
Tandem, endlich, *Adv.*
Pervenio, perveni, perventum, pervenire, 4. kommen, gelangen.

Phraſes.

PErmanere *in ignorantia*, verharren in der Unwiſſenheit, allezeit unwiſſend bleiben.
Electi non *permanent* in peccatis ſuis, die Auserwählten verharren nicht in ihren Sünden.
Multi diſcipuli Claſſis quintæ permanſerunt in ignorantia, negligentia & nequitia, viele Quintaner ſind verharret in der Unwiſſenheit, Nachläßigkeit und Bosheit.
Permanere in amicitia, Freund bleiben, in ſententia ſua, auf ſeiner Meynung bleiben.
(Permanere in officio, ſein Amt verrichten, *Cæſ.* Chriſtiani manſerunt conſtantes, die Chriſten ſind beſtändig geblieben. *Emanere*, ausbleiben, *emineo*, *eminui*, *eminere*, übertreffen, *promineo*, *ui*, *ere*, herfür gehen, *remanere*, dahinten bleiben.)
Deus avertat, da behüte GOtt für. Avertere furorem alicujus, eines Tyranney abwenden.
Avertere rem aliquam, etwas entwenden, ſtehlen.
Dare alicui conſilium ſuper re aliqua, einem einen Rath geben in einer Sach, in etwas rathen.
Quid *dedit* tibi *conſilii?* was hat er dir gerathen?
Qui *dedit conſilium tibi*, non eventum, ſed fidem præſtare tenetur; von einem Rathgeber muß man nur Treue, nicht aber der Sachen Ausgang fordern.
(Dare alicui rei colorem, einem Ding eine Farb anſtreichen. *Abdo*, *abdidi*, *abditum*, *abdere*, verbergen, *addere*, hinzu thun, *ſuper addere*, mehr hinzu thun, *condere*, verbergen, erſchaffen, *abſcondere*, verbergen, *dedere*, ergeben, *indere*, hinein thun, *obdere*, fürthun, *perdere*, verliehren, *reddere*, wiedergeben, *ſubdere*, unterſetzen, *tradere*, übergeben.)
Precari Deum ex animo, GOtt von Hertzen anruffen.
Precari bonas preces, *Cæſ.* gute Gebet beten.

Pro-

Digitized by Google

Precari aliquid ab aliquo, etwas von einem bitten.
Pueri *estote attenti*, Knaben, mercket auf, (attentio, onis, 3. f das Aufmercken,) aut vapulabitis, oder ihr solt geschlagen werden, verberabimini, luetis pœnam, dabitis pœnas.
Tu non es attentus, du gibst nicht echt.
Attentus ad rem, karg, genau.
Non fui ad eam rem attentus, ich hab darauf nicht acht gehabt.
Attendere alicui rei, einem Ding fleißig obliegen.
Attendere animum, *Cic. 3. off.* fleißig aufmercken.
Attentè, *Adv.* fleißiglich.
Audite animo attento, höret fleißig zu.
Nimium ad rem in senecta *attenti sumus. Terent.* Im Alter ist man gar zu genau: senecta, æ, 1. f. & senectus, senectutis, 3. f. Alter.
Quicquid docetur, audiam, was gelehrt wird, will ich hören.
Audire præceptorem docentem, dem lehrenden Lehrmeister zuhören.
Audire à, de, ex aliquo aliquid, von einem etwas hören, audire de aliquo aliquid, hören, daß man etwas von einem sagt.
Audire aliquem, einen hören.
Docere aliquem aliquid, jemanden etwas lehren: quis te hoc docuit, wer hat dich das gelehrt?
Addocere, lehren, *dedocere*, entlehren, *edocere*, wohl, oder vollkommlich lehren.
Audivi Præceptorem loquentem, ich habe den Lehrmeister hören reden, loqui.
Cum *Præceptor loquitur*, discipuli taceant, wann der Lehrmeister redet, sollen die Schüler schweigen.
Multa locutus est, er hat viel geredet.
Condiscipuli tui *réddunt* aliquid latinè, deine Mitschüler geben etwas zu Latein.
Reddere literas alicui, einen Brief beantworten, rationem, Rechenschaft geben.
Colere charitatem, die Liebe üben, pietatem, Gottsfürchtig seyn.
Colere aliquem, einen ehren, agrum, Acker bauen.
(*Accolere*, beywohnen, *excolere*, in Ehren halten, *incolere*, einwohnen, *recolere*, wieder ins Gedächtniß bringen.)
Ladere aliquem, einen verletzen.
Ladere dictis, mit Worten verletzen, facto, mit der That.

Digitized by Google

Lædere famam alicujus, einen an Ehren kräncken.
Offendere, aliquem, einen beleidigen.
Offendere caput ad parietem, den Kopf an die Wand stoſſen. Offendere ad aliquid, an etwas anstoſſen, ad lapidem, an einen Stein.
Invidere alicui, einem mißgünstig seyn.
Invidere alicui aliquid, einem etwas mißgönnen.
Habere, (prosequi) *aliquem odio*, einen hassen, (odium capitale, ein tödlicher Haß, odium intestinum, ein innerlicher Haß, odium occultum, ein heimlicher Haß.)
Diligere omnes Christianos *tanquam fratres*, alle Christen lieben als Brüder.
Diligere aliquem mutuò, einen wieder lieben.
Valde, unice diligere, sehr lieben.
Benefacere omnibus, allen Gutes thun, beneficium, ii, 2. n. eine Wohlthat, beneficentia, æ, 1. f. Gutthätigkeit.
Isti libri *mihi nihil conferent ad profectum studiorum*, diese Bücher werden mir nichts nutzen zum zunehmen im studiren. (*Profectum facere.* Plin. epist. 2. *Firmiores in literis profectus alit æmulatio.*)
Conferre sermones inter se, & cum aliquo, miteinander sich unterreden.
(*Conferre* rationes, Rechnung gegen einander halten, conferre se ad aliquem, sich zu einem begeben, ad hostes, zum Feind überlauffen, iter aliquo, an einen Ort reisen. Conferre curas & cogitationes omnes in rem aliquam, seine gantze Sorg und Gedancken auf ein Ding wenden. Conferre ad Medicinam, Theologiam, Jurisprudentiam, Philosophiam, die Artzney, Theologie, Rechte, Philosophie studiren, dare operam Medicinæ. Conferre se in fugam, weglauffen, in die Flucht begeben, in pedes, davon lauffen.)
O Jesu *illumina mihi ingenium meum*, O JEsu erleuchte mir meinen Verstand.
Illuminatus, a, um, erleuchtet, illuminatio, onis, 3. f. Erleuchtung.
Augere rem aliquam, ein Ding vermehren.
(Cæsaris in nos amorem, quibuscunque poterimus rebus, augebimus, *Cic. in Verr.* wir wollen auf was Weise wir immer können, des Kayſers Lieb und Gunst gegen uns suchen zu vermehren.

Auctus,

Digitized by Google

Auctus, a, *um*, vermehrt, *auctio*, *onis*, *g. f.* eine Vergantung, *auctor*, *oris*, *m.* ein Mehrer, *auctarium*, *ii*, Zugab, *adaugere*, faſt mehren.)

Dare *dotem* filiæ, der Tochter die Morgengab geben, Heyraths Gut.

(Non ego illam mihi *dotem* duco eſſe, quæ dos dicitur, ſed pudicitiam. *Plaut.* die Keuſchheit iſt die rechte Morgengab.

Promovere ſtudia alicujus, eines ſtudiren befördern.

Spero me promotum iri ad Quartam, ich hoffe befördert zu werden in Quartam, *futuro examine paſchali*, künftig Oſter-Examen.

Facere progreſſus, zunehmen. Progreſſu temporis, mit der Zeit.

Majores feciſſem in ſtudiis progreſſus, niſi morbo impeditus fuiſſem, ich hätte mehr zugenommen im Studiren, wann ich nicht wäre kranck geweſen.

(Philoſophi nunquam in ſtudiis tantos progreſſus facere potuiſſent. Cic. 3. Tuſcul.)

Dare alicui conſilium, optimum, einem den beſten Rath geben. (Conſilium malum conſultori peſſimum eſt. Conſiliarius, ii, Rathgeber, Rath. Conſiliarii intimi, geheime Räthe)

Uti conſilio, ſich des Raths gebrauchen.

Scit *uti* foro, *hoc eſt*, novit ſe accommodare rebus gerendis, er weiß ſich in alle Händel zu ſchicken.

Uti operâ alicujus, eines Dienſt gebrauchen.

Uti patientia incredibili, ſehr gedultig ſeyn.

Utar te teſte, ich will dich zum Zeugen haben.

Uti re aliqua, ein Ding gebrauchen.

Utar his Bibliis in honorem Dei, ich will dieſe Bibel gebrauchen zu GOttes Ehren.

Valere autoritate, Anſehen haben, memoria, ein gut Gedächtniß haben (pollere memoria.)

Valere nihil, nichts gelten.

Referre alicui gratiam, ſich in der That danckbar gegen einen erzeigen.

Non opto, *ut mihi aliquid gratiæ referas*, ich wünſche und begehre nicht, daß du mir einigen Danck erweiſeſt, mit den Wercken. *Referre gratiam fit rebus vel opere*, *agere verbis.*

Referre alicui aliquid acceptum, einem etwas zu dancken haben, & in acceptis.

Laudare Deum ſæpenumero, GOtt oft loben.
Proſequi ſtudia honeſta, löbliche Künſte fortſetzen, proſequi aliquem laude, odio, amore, einen loben, haſſen, lieben.
Pervenire ad veram Dei *cognitionem*, zur wahren Erkentniß GOttes kommen.
Pervenire ad annum ſeptuageſimum, das ſiebentzigſte Jahr erreichen.
Pervenire ad aures, zu Ohren kommen, ad manus, zu Handen kommen.
Fama ad nos pervenit, das Geſchrey iſt zu uns kommen, allatum eſt mihi ad me, ich habs vernommen, gehört.

COLLOQ. III.

CALVINUS, DEMETRIUS.

QUando repetes ludum literarium? wann wilt du wieder in die Schule kommen? D. Neſcio, ich weiß es nicht. C. Cur non admones, warum ermahneſt du nicht, Patrem, den Vater, de re hac? daran? (an dieſe Sache.) D. Quid putas, was meyneſt du, me curare, daß ich darnach frage? C. Parum admodum, wenig genug, ut credo, wie ich glaube. D. Profecto, fürwahr, verum dicis, du ſagſt die Wahrheit. C. Satis ſigni eſt, es zeiget gnugſam an, te non amare literas, daß du keine Luſt habeſt zum Studiren, (daß du nicht liebeſt das Studiren.) D. Scio legere, ich kan leſen, ſcribere, ſchreiben, loqui latine, Lateiniſch reden, ſaltem mediocriter, zum wenigſten ſo ziemlich, quid opus eſt mihi, was hab ich vonnöthen, ſcientiâ tantâ, ſo groſſe Wiſſenſchaft? Ego ſcio plura, ich weiß mehr, quam, als, Sacerdotes tres Papiſtici, drey Papiſtiſche Prieſter, (Pfaffen.) C. O adoleſcentem miſerum! O du elender Jüngling! (Geſell) ſiccine contemnis, verachteſt du alſo, rem inæſtimabilem, eine unſchätzbare Sache (ſo unermeßlichen Schatz.) D. Tu, du, quid exclamas ſic? was ſchreyeſt du ſo?

unde,

Digitized by Google

unde, woher, video tibi miſer, hälteſt du mich vor elendig ?. C. Amice, guter Freund, injuria nulla, kein Unrecht, orta eſt tibi à me, iſt dir von mir entſtanden, oder, ich habe dir kein Unrecht gethan: enim, dann, quod dixi tibi, was ich dir geſagt habe, non eſt convicium, iſt kein Schmachwort, (damit hab ich dich nicht geſcholten) ne tu accipias in partem malam, nimm es nicht für übel auf: ſed, aber, miſereor tui, es dauret mich deiner, (ich erbarme mich deiner,) quia contemnis id, weil du das verachteſt, quod parit felicitatem, davon man glückſelig wird. D. Lucrum, Gewinn, divitiæ, Reichthümer, & voluptas, und Wolluſt, pariunt felicitatem, machen glückſelig, (bringen zu wegen, verſchaffen Glückſeligkeit.) C. Imò, ja, iſta, dieſe Dinge, fuerunt multis exitio, haben viele ins Verderben gebracht: tametſi divitiæ ſunt, ob ſchon Reichthum iſt, donum Dei, eine Gabe GOttes, nec nocent, und nicht ſchaden, niſi iis, als nur denen, qui abutuntur, welche ſie mißbrauchen: verum enim vero, aber, poſſeſſio nulla, keine Beſitzung oder Gut, eſt pretioſior, iſt köſtlicher, homini, dem Menſchen, quam virtus, als die Tugend, & cognitio, und die Erkäntniß, rerum honeſtarum, ehrlicher Dinge. D. Igitur, derohalben, vis concionari, ſo wilt du predigen, ut video, wie ich ſehe. C. Utinam audiviſſes, wolte GOtt du hätteſt gehört, diligenter, fleißig, conciones divinas, die Göttliche Predigten. D. Hem, potz, (ey) obtundis me, du machſt mich toll, nunquid vis? wilt du was weiter? C. Ut Deus det tibi, daß dir GOtt gebe, mentem bonam, einen guten Sinn. D. Fortaſſe, vielleicht, opus eſt tibi ea, haſt du denſelben vonnöthen, magis, mehr, quàm mihi, als ich. Vale, gehab dich wohl.

Explicatio Vocabulorum.

REpeto, repetivi, repetitum, repetere, 3. wiederholen.
Ludus, i, 2. m. ein Spiel, & luſus, us, 4. m.
Literarius, literaria, literarium, das zu den Künſten gehört, hinc ludus literarius, eine Schul.
Neſcio, neſcivi, neſcitum, neſcire, 4. nicht wiſſen.
Admonço, admones, admonui, admonitum, admonere, 2. ermahnen, erinnern.
Puto, putavi, putatum, putare, 1. meynen.
Curo, avi, atum, are, 1. ſorgen, fragen.
Parum, wenig, *Adv.* Admodum, faſt, ſehr, *Adv.*
Admodum adoleſcens, ſehr jung.
Ut, wie? h. l. *Adv.*
Credo, credidi, creditum, credere, 3. glauben.
Profecto, fürwar, *Adv.*
Verum, die Wahrheit, ponitur h. l. ſubſtantivè. Verus, a, um, wahr.)
Dico, dixi, dictum, dicere, 3. ſagen.
Satis, genug, *Adv.* regit Gen. (*vix ſatis temporis habui*, ich habe kaum Zeit genug gehabt, *ſatis ſuperque*, mehr dann genug.)
Signum, i, 2. n. ein Zeichen.
Literæ, literarum, die freye Künſte, *pl. num. tantum in hac ſignificatione, g. f.*
Scio, ſcivi, ſcitum, ſcire, 4. wiſſen.
Scribo, ſcripſi, ſcriptum, ſcribere, 3. ſchreiben, paſſ. ſcribor, ſcriptus ſum, ſcribi.
Latine, Lateiniſch, *Adv.*
Loquor, loquutus *& locutus ſum per c.* loqui, 3. reden.
Saltem, nur, zum wenigſten, *Adv.*
Mediocriter, ſo ziemlich, mittelmäßig, *Adv.*
Opus, vonnöthen, *eſt Adjectivum indeclinabile, generis omnis, & defectivum. Uſurpatur tantum in N. & Acc. ſingulari. Sed* Opus, operis, ein Werck, *eſt ſub. gen. Neutri. 3. decl.*
Tantus, a, um, ſo groß, ſo viel.
Scientia, æ, 1. f. eine Wiſſenſchaft.
Plura, id eſt, res plures. Eſt. acc. plur. *Multa, plura, pluria, plurima.*
Quam, als, *Adv.*
Papiſticus, a, um, Päbſtiſch. O! interjectio exclamantis!

Miſer,

Digitized by Google

Miſer, miſera, miſerum, elẹndig, armſelig, miſerior, miſerrimus.
Adoleſcens, adoleſcentis, g. c. ein Jünaling, (Adoleſcentula, æ, f. ein junges Mägdlein oder Töchterlein.
Siccine? iſts alſo? *Adv.*
Contemno, contemſi, contemtum, contemnere, 3. verachten.
Inæſtimabilis, e, unſchätzbar.
Sic, alſo; *Adv.*
Exclamo, avi, atum, are, 1. ausrufen, ausſchreyen.
Unde? woher? *Adv.*
Videor, mich deucht, viſus ſum, *Activum video*, ich ſehe, vidi, viſum, videre, 2.
Amicus, i, 2. m. ein Freund.
Injuria, injuriæ, 1. f. Unrecht.
Orior, ortus ſum, oriri, 4. aufgehen, entſtehen, *præſ. indic.* orior, oreris, oritur, pl. oriimur, &c. *imperf.* conj. cum orirer.
Enim, dann, *Conj.*
Convicium, convicii, 2. n. Schmachred, Läſterung, convicior, atus ſum, convicіari, 1. läſtern, ſchmähen, conviciator, oris, 3. m. Läſterer.
Ne, damit nicht, *Adv.*
Pars, partis, 3. f. ein Theil.
Accipio, accepi, acceptum, accipere, 3. bekommen, aufnehmen.
Miſereor, miſertus ſum, miſereri, 2. erbarmen, dauren, miſeror caſum tuum, ich bedaure deinen Zuſtand.
Contemno, contemſi, contemtum, contemnere, 3. verachten.
Felicitas, atis, 3. f. Glückſeligkeit.
Pario, peperi, partum, parere, 3. gebähren.
Lucrum, lucri, 2. n. Gewinn.
Divitiæ, divitiarum, 1. f. Reichthum, pl. num. tantum.
Voluptas, voluptatis, 3. f. Wolluſt.
Exitium, exitii, 2. n. das Verderben.
Tametſi, obſchon, wiewohl, *Conj.*
Donum, doni, 2. n. Gabe. Nec, noch, *Conj.*
Noceo, nocui, nocitum, nocere, 2. ſchaden.
Niſi, als nur, *Conj.*
Abutor, abuſus ſum, abuti, 3. mißbrauchen.
Verùm enim vero, aber doch, *Conj.*
Homo, hominis, 3. c. der Menſch.
Pretioſus, köſtlich, pretioſior, pretioſiſſimus.

Poſſeſſio, onis, 3. f. eine Beſitzung.
Virtus, virtutis, 3. f. die Tugend.
Honeſtus, a, um, ehrlich.
Cognitio, onis, 3. f. die Erkäntniß.
Concionor, atus ſum, ari, 1. predigen, *verb. depon.*
Ut, wie, h. l. *Adv.*
Divinus, a, um, göttlich.
Concio, concionis, 3. f. die Predigt.
Hem, potz, ſiehe da, *Interj.*
Obtundo, obtudi, obtuſum, obtundere, 3. ſtumpf machen, toll machen, obtuſus, a, um, ſtumpf. Comp. ex ob & tundo, tutudi, tuſum, & tunſam, tundere, klopfen, ſtoſſen, ſtumpfen.
Nunquis, nunqua, nunquod vel nunquid? Iſt jemand oder etwas, *Pron.* Nunquid vis? Terent. Nunquid, iſts nicht das? *Adv. interrog.*
Ut, daß, *Conj.*
Mens, mentis, 3. f. das Gemüth, *Plur.* mentes, G. mentium, &c.
Fortaſsè, vielleicht, *Adv.* Magis, mehr, *Adv.*
Vale, gehab dich wohl, *eſt imperativus*, valete, valeto, valetote, valeas, valere, 2.

Phraſes.

Repetere ludum literarium, wieder in die Schul gehen; repetere aliquid, etwas wiederholen.
Repetere altius aliquid, ex alto. *Salluſt.* Ein Ding gar von fornen oder von Anfang erzehlen, à capite, &c.
Repetere ſtudia, ſeine vorige Ubung fürnehmen.
Caſtra repetebat, er kehrete wieder in das Lager.
Repetitus, a, um, *Particip.* wiederholet.
Neſciebam, quorſum tu ires, ich wuſte nicht wo du hingiengeſt. *Neſcire* aliquem, einen nicht kennen.
Neſcire latinè, die Lateiniſche Sprache nicht verſtehen.
Non ſum neſcius, es iſt mir wohl bewuſt.
Admonere aliquem aliquid de aliqua re, etwas bey einem in einer Sache erinnern.
Admonere aliquem alicujus verbis, einen in eines andern Namen erinnern.
Admonere aliquem alicujus rei, aliquam rem, & de aliqua re, einen an ein Ding ermahnen.
Quid putas, me curare? was meyneſt du, daß ich darnach frage?

Curat

Digitized by Google

Curat me ſolicitè, er iſt um mich ſehr ſorgfältig.
Aliena curat, ſua negligit, er bekümmert ſich um anderer Leute Sachen, und verſäumet die ſeine.
Curare aliquem diligenter, fleißig auf einen Achtung geben.
Curare ægrotos, die Krancken warten.
Curare aliquid faciendum, verſchaffen, daß ein Ding gethan wird.
Cura, ut veniat, mache oder verſchaffe, daß er komme.
Frater tuus Præceptorem, ut video, parùm curat, dein Bruder, wie ich ſehe, achtet den Lehrmeiſter wenig.
Dicere verum, die Wahrheit ſagen.
Dic mihi veritatem, ſage mir die Wahrheit.
Dicere rem ipſam, ſagen, wie ſich die Sache verhält, quod res eſt. *Plaut.*
Dicere rationem, Urſache anzeigen, ſententiam, ſeine Meynung.
Dicere ſalutem alicui, einen grüſſen, ab aliquo. *Cic.*
Dicere ſeriò, ernſtlich ſagen. (*Dictus, a, um*, geſagt. *Dictum, i, n.* ein Spruch, *addicere*, zuſprechen, zueignen, *antedicere, prædicere*, zuvor ſagen, *benedicere*, ſegnen, *benedictus, a, um*, gelobet, *contradicere*, widerſprechen, *contradictio*, Widerſprechung, *indicere* anſagen, *interdicere*, verbieten, *maledicere*, übel reden, ſchelten, *prædicere*, zuvor ſagen.)

Satis pecuniæ, Geld genug, ſatis verborum, Worts genug.
Pauci nobiles, *amant literas*, wenig Edelleute haben Luſt zum Studiren, (lieben die Studien) delectantur ſtudiis, flagrant amore ſtudiorum.
Scio legere & ſcribere, ich kan leſen und ſchreiben.
Scire linguam, eine Sprache können; ſcire certò aliquid, etwas gewiß wiſſen, pro certo. (Hoc ſcio pro certo, quod ſi cum ſtercore certo; vinco vel vincor, ſemper ego maculor, am Dreck, ſ. v. wäſchet man ſich nicht ſauber.
Scire aliquid laus eſt, pudor eſt nil diſcere velle, etwas wiſſen oder können, iſt löblich, aber nichts lernen wollen, iſt eine Schande.
Satis ſigni eſt te ſcire Græca, es iſt daraus klar genug, daß du Griechiſch kanſt.
Sciſne loqui latinè? kanſt du lateiniſch reden? Græcè, Griechiſch, Gallicè, Frantzöſiſch, Germanicè, Teutſch, Hebraicè, Hebräiſch.

Quid opus eſt mihi tantâ ſcientiâ, was habe ich ſo groſſe Wiſſenſchaft vonnöthen.
Si opus eſt, (ſi neceſſe eſt, ſi neceſſarium eſt,) ſo es nothwendig iſt.
Multa mihi opus ſunt, & opus eſt mihi multis, ich habe viel Ding vonnöthen, bedarf viel Ding.
Nummis mihi opus eſt ad hanc rem, *nummi mihi opus ſunt* ad hanc rem,) ich habe Geld hiezu vonnöthen.
Opus eſt hoc fieri, es iſt nöthig, daß dieſes geſchehe.
Opus eſt hac re, dieſes iſt vonnöthen.
O miſerum adoleſcentem ! O des elenden Jünglings!
(O famam gratam ! O des lieben angenehmen Geſchreys, Ach ! wie eine fröliche Botſchaft.) *Cic. Famil. lib.* 10. *epiſt.* 14.
Interjectionem 6 *ſequitur Nom. Accuſ. & Voc.*
Contemnere rem aliquam, ein Ding verachten.
O miſeri adoleſcentes, cur contemnitis artes liberales !
O ihr elende Jünglinge, warum verachtet ihr die freyen Künſte.
Corporis exigui vires contemnere noli. Cato. Contemptus, a, um, veracht: *contemptibilis, e*, verächtlich, *contemptor, oris, g. m.* ein Verächter.]
Quid ſic exclamas? was ſchreyeſt du ſo?
Exclamare maximâ cum voce. *Cic.* ſehr laut ſchreyen.
Quid clamitas ? was ruffeſt du ?
Vigil exclamat horas, der Wächter ruft die Stunden aus: exclamat eſſe horam primam, er ruffet, die Glocke habe eins geſchlagen.
[Exclamare gaudio, für Freuden herzlich ſchreyen, proclamátor, oris, g. m. præco, ónis, Ausruffer, Ausſchreyer.
Acclamare, zuſchreyen, *conclamare*, mitſchreyen, *conclamatum eſt*, es iſt aus, es iſt geſchehen, *declamare*, ſich üben im reden; item: wider einen ſchreyen und pochen, *inclamare*, zuruffen, *inclamare aliquem*, einen beſchreyen, *proclamare*, öffentlich ſchreyen, *reclamare*, etwas widerſetzen.)
Videris mihi miſer, mich dünchet, du ſeyeſt elendig. (Verbum *videor*, videris, videtur, videmur, &c. quoad perſonam ſemper reſpondet Pronominibus, ego, tu, ille, nos, vos, illi.)
Ita mihi videtur, alſo bedünckt es mich.
Videris mihi bene de civibus meriturus, mich bedüncket, du wirſt dich wohl um die Bürger verdienen.

Ut

Digitized by Google

Ut mihi videtur, wie mich dünckt.
Tu mihi videris vir probus, du ſcheineſt mir ein frommer Mann zu ſeyn; *barbarè videtur mihi quod tu*, &c.
Viſum eſt mihi, es hat mir gut gedaucht.
Videris mihi errare, mich düncket, du irreſt.
Videor mihi ſanitati reſtituendus, mich düncket ich ſeye gantz wohl, wieder geſund.
Maxima mihi à te orta eſt injuria, du haſt mir das gröſte Unrecht gethan.
Facere alicui injuriam, einem Unrecht thun.
Nullâ re te unquam affeci injuriâ. Nunquam læſi te. (De te nihil male ſum meritus. Nihil unquam adverſum te peccavi, ich habe dir nie unrecht gethan, ich habe wider dich nichts übels begangen.)
Hoc à te ortum eſt, das kommt von dir her, du biſt Urſach daran, in te relidet culpa: tu es in culpa.
Convicium eſt quod dicis, es iſt eine Calumnie, (Schmähwort) was du ſageſt.
Convicium illud quod jam dixiſti, ſuſtinere nequeo, dieſe Schelmworte kan ich nicht ertragen.
Accipere in malam partem, übel aufnehmen.
Accipere aliquid ab aliquo, etwas von einem bekommen, etwas von einem hören ſagen.
Accipere conſilium, einen Rath annehmen.
Accipere injuriam, Unrecht leiden.
Accipere æquo animo, wohl aufnehmen.
Accipere mollius aliquid, ein Ding nicht übel deuten.
Accipere lautè, wohl tractiren.
Miſereri alicujus, ſich eines erbarmen.
Miſerebar me tui fratris, es erbarmete, dauerte mich dein Bruder.
Parere felicitatem, glückſelig machen.
Parere liberos, Kinder gebähren.
Parere odium, Haß erregen.
(Vir generat, mulierque parit, ſed gignit uterque.)
Hæc res erit ipſi exitio, diß wird ihn ins Verderben ſtürtzen.
Eſt ipſi curæ, cordi, er läßt es ihm angelegen ſeyn. Eſt tibi teſtimonio, es dienet dir zum Zeugniß.
Nocere alicui, einem ſchaden.
Nihil nocuerit, ſi, &c. es kan nicht ſchaden, wann, ꝛc.
Abûti re aliquâ, ein Ding mißbrauchen.
Divitiis, Reichthum.

Donis

Donis Dei, die Gaben GOttes.
Virtus eſt *poſſeſſio* precioſiſſima, die Tugend iſt das beſte Gut.
Paſtor *concionatus* eſt de furto, der Pfarrer hat geprediget vom Diebſtahl.
Quis hodie concionabitur? wer wird heut predigen? quis fuit textus *concionis*? was war der Text?
Paſtor pro materia *concionis* habuit Pſalmum centeſimum, der Pfarrer hat den hunderten Pſalm erkläret: verſum octavum capitis noni Johannis, den achten Vers aus dem neunten Capitel Johannis.
Concio erat nimis prolixa, die Predigt war gar zu lang.
Concio perbrevis, eine ſehr kurtze Predigt.
Obtundere aliquem, einen toll machen.
Obtundere auditum, das Gehör verdumpfen.
Det tibi Deus mentem bonam, GOtt gebe dir einen guten Verſtand.
Deus det tibi iter felix, GOtt gebe dir eine glückſelige Reiſe.
Opus eſt tibi pecunia, du haſt Geld vonnöthen.
Hoc libro tibi magis opus eſt, quàm mihi, du haſt diß Buch mehr vonnöthen als ich. (Audio, opus eſſe tibi nova veſte, quòd opus ſit tibi nova veſte, quòd nova veſtis opus ſit tibi.)

COLLOQ. IV.

DEMETRIUS, ELISÆUS.

QUando rediiſti, wenn biſt du wieder kommen, domò, von Hauß? E. Tantùm redeo, ich komme erſt alleweil. D. Ubi eſt frater? wo iſt der Bruder? E. Manſit, er iſt gebliben, domi, zu Hauß. D. Cur manſit, ſc. *domi?* warum iſt er zu Hauß geblieben? E. Ut pranderet, daß er zu Mittag eſſe, cum matre, mit der Mutter. D. Tu verò, du aber, cur non manſiſti etiam? warum biſt du nicht auch da geblieben? E. Jam pranderam, ich hatte ſchon zu Mittag gegeſſen, cum patre, mit dem Vater. D. Quis miniſtrabat vobis? wer wartete euch auf? (diente euch?) E. Ancilla, die Magd.

D.

Digitized by Google

aliquid, daß ich unterdeſſen etwas lerne. E. Experientia, die Erfahrung, (ut dicitur vulgò, wie man im gemeinen Sprichwort ſagt,) eſt Magiſtra, iſt eine Meiſterin, rerum, der Dinge, oder die Erfahrung lehret alles. Habes, *pro*, *habesne?* haſt du es? F. Dicto citius, ich dictire geſchwinder. E. Videlicet, nemlich, tenebas jam pridem, weil du es ſchon vorlängſt gewuſt. F. Quis ignoraret illud, wer ſolte das nicht wiſſen, quod eſt adeò vulgare, das ſo gemein iſt. E. Nunc videamus, nun laſt uns zuſehen. F. Rès, die Sache, apparebit melius, wird beſſer erſcheinen, oder ſich offenbaren, ubi ſcriptura fuerit, wann die Schrift wird ſeyn, bene deſiccata, gantz (wohl) trucken. E. Quid vis exſpectare? was wilt du warten? jam ſicca eſt, ſie iſt ſchon trucken, plus ſatis, mehr als zuviel. F. Oh, oh, vide, ſiehe, quam nigra ſit, wie ſchwartz ſie iſt. E. Dixine verè? hab ich nicht die Wahrheit geſagt? F. Scilicet, ja freylich, feceras aliquando periculum, du haſt es auch ſchon einmal verſucht (probirt) gehabt. E. Igitur, derohalben, conſtabit, bleibts darbey, experientiam eſſe, daß die Erfahrung ſey, Magiſtram rerum, eine Meiſterin der Dinge, oder die Erfahrung lehre alles. F. Quin etiam experimur hinc, wir erfahrens auch hieraus, fieri temperamentum bonum, daß man etwas guts temperirts machen könne, ex commiſtione rerum, aus Vermiſchung der Dinge, oder, wann man eine Sache vermiſchet. E. Jam incipis, nun fängſt du an, philoſophari altius, ſubtiler, (höher, tieffſinniger) zu philoſophiren. Itaque, derohalben, diſcedo, gehe ich hinweg. F. O ſermonem longum, O wie eine lange Rede, de nihilo, von nichts! E. Pœnitet me nihil, es reuet mich nichts: alioqui, ſonſten, torpebamus otio inerti, hatten wir die Zeit mit faulentzen zugebracht.

Phra-

Explicatio Vocabulorum.

ALiquantulum, ein wenig, *diminut.* ab aliquantum, ein wenig, *Adv.*
Eho, potz, *Interj.*
Obsto, obstiti, obstitum, & obstatum, obstare, 1. verhindern, zuwider seyn.
Spissus, a, um, dick.
Diluo, dilui, dilutum, diluere, 3. naß machen, vermischen, zusammen mengen.
Acetum, i, 2. n. Eßig, *caret plur.*
Perfluo, perfluxi, perfluxum, perfluere, 3. durchschlagen.
Quî, wie, *Adv.*
Mirus, a, um, wunderbar.
Narro, avi, atum, are, 1. erzehlen.
Sodes, ey lieber, *Adv.*
Acicula, æ, 1. f. eine Stecknadel, Klusse, ab acus, us, 4. f. eine Nadel.
Pædagogus, i, 2. m. ein Zuchtmeister.
Liquefio, liquefactus sum, liquefieri, zerschmeltzt werden, liquefactus, a, um, zerschmoltzen.
Ægre, schwerlich, *Adv.*
Eluo, elui, elutum, eluere, 3. auswaschen, reinigen, ausschwencken.
Interim, unterdessen, *Adv.*
Parùm, ein wenig, *Adv.*
Usus, us, 4. m. der Nutz, Gebrauch.
Præsens, entis, 3. o. gegenwärtig.
Teneo, tenui, tentum, tenere, 2. halten.
Apertus, a, um, offen, à *verb.* aperio, aperui, apertum, aperire, 4. öffnen, aufthun.
Infundo, infudi, infusum, infundere, 3. eingiessen.
Ecce, siehe, *Adv.*
Vah! potz, *Interj.*
Quàm, wie, *Adv.*
Liquidus, a, um, flüßig, à liqueo, liqui, liquere, 2. schmeltzen.
Fortasse, vielleicht, *Adv.*
Gummi, n. *indec.* Gummis, is, 3. f. Gummi, Hartz, Pech.
Decolor, oris, *adject.* ex de & color, mißfärbig, abgefallen. h. decoloro, avi, atum, are, 1. die Farb ändern, entfärben.
Qualis, e, was für einer.
Hem, ey, *Interj.*

Ineptus, a, um, ungeſchickt.
Miſceo, miſcui, mixtum, ſ. miſtum, miſcere, 2. miſchen.
Rurſus, wieder, *Adv.*
Cornu, ein Horn, Dintenfaß, *indecl. plur.* cornua, cornuum.
Admoveo, admovi, admotum, admovere, 2. herzuhalten.
Prope, nahe, propius, näher, proximè, *Adv.*
Comprimo, compreſſi, compreſſum, comprimere, 3. zuſammen drücken, compoſitum ex com & premo, drücken.
Linteolum, i, 2. n. Schwämmlein, à linteum.
Aridus, a, um, dürr.
Mediocris, e, ziemlich.
Mediocritas, atis, 3. f. Mittelmäßigkeit.
Nunquid, *Adv.*
Conficio, confeci, confectum, conficere, 3. machen, ex con & facio, paſſ. Conficior, confectus ſum, confici, gemacht werden.
Bonum, i, 2. n. das Gute, h. l. ponitur ſubſtantivè.
Experimentum, i, 2. n. die Prob.
Ardeo, arſi, arſum, ardere, 2. brennen, *metaph.* verlangen.
Deſiderium, ii, 2. ein Verlangen.
Porrigo, porrexi, porrectum, porrigere, 3. darreichen.
Indo, indidi, inditum, indere, 3. geben, einthun, ex *in* & *do*.
Ohe, holla, *Interj.*
Profuſio, onis, 3. f. Vergieſſung, Verſchwendung, à profundo, profudi, profuſum, profundere, 3. vergieſſen, verſchwenden.
Retineo, retinui, retentum, retinere, 2. behalten.
Commiſceo, commiſcui, commixtum, & commiſtum, commiſcere, 2. vermiſchen. Iterum, wieder, *Adv.*
Etiam atque etiam, *id eſt*, diligentiſſimè, aufs fleißigſte.
Jus, juris, 3. n. das Recht. Condimentum, i, 2. n. allerley Gewürtz.
Confundo, confudi, confuſum, confundere, 3. untereinander gieſſen.
Tandem, endlich, *Adv.*
Vulgo, insgemein, *Adv.* à vulgus, i, 2. m. & hoc vulgus, i, der gemeine Mann, Pöbel.
Magiſtra, æ, 1. f. eine Meiſterin.
Cito, geſchwind, citius, citiſſimè, *Adv.*
Videlicet, ja, nemlich, *Adv.*
Vulgaris, e, gemein, a vulgus, i, 2. m.
Appareo, apparui, apparitum, apparere, 2. erſcheinen.

Deſi-

Deſiccatus, a, um, getrucknet, à *verb.* deſicco, avi, atum, are, 1. trucknen, abtrucknen.
Oh! oh! *Interj.*
Verè, *Adv.* warlich, treulich, ſicherlich, à verus, a, um.
Scilicet, nemlich, freylich, *Adv.*
Conſto, conſtiti, conſtitum, & conſtatum, conſtare, 1. beſtehen, koſten; item, es iſt klar.
Quin etiam, ja auch, *Adv.*
Experior, expertus ſum, experiri, 4. erfahren.
Commiſtio, onis, 3. f. Vermiſchung, à commiſceo.
Temperamentum, i, 2. ein Maaß oder Vermiſchung, Temperament.
Altè, hoch, altius, altiſſime, *Adv.*
Philoſophor, atus ſum, ari, 1. philoſophiren, eſt ſapientiæ ſtudere, vel, Philoſophorum more diſputare.
Diſcedo, diſceſſi, diſceſſum, diſcedere, 3. weichen, weggehen.
Nihilum, nihili, 2. nichts. Nihil, *Nomen ſubſt. indec.*
Pœnitet, pœnituit, pœnitere, 2. reuen, *verb. imperſ.*
Alioqui vel alioquin, ſonſt, *Conj.*
Iners, inertis, 3. o. träg, faul.
Otium, ii, 2. n. Müßiggang.
Torpeo, torpui, torpere, 2. träg ſeyn, erſtarren, torpere metu, für Furcht erſtarren, torpedo, torpedinis, 3. f. Faulheit.

Phraſes.

BOnum mihi eſt atramentum, ich habe gute Dinte, fuitne vobis bona cereviſia? habt ihr gut Bier gehabt!
Ampulla atramentaria, Dinten-Krug.
Da mihi aliquantulum atramenti, gib mir ein wenig Dinte.
Atramento meo non poſſum ſcribere, quia nimis ſpiſſum eſt, mit meiner Dinte kan ich nicht ſchreiben, weil ſie zu dick iſt.
Diluere atramentum aquâ, die Dinte mit Waſſer vermiſchen, aceto, mit Eßig.
Atramentum dilutius eſt, ſubinde infuſa aqua, die Dinte iſt zu dünn worden von dem vielen eingegoſſenen Waſſer.
Inſtillare in atramentum guttas aliquot aquæ, ut ſit liquidius, etliche Tropffen Waſſer laſſen in die Dinte fallen, daß ſie dünner werde.
Charta perfluit, transmittit atramentum, das Papier ſchlägt durch.
Docere aliquem legere, ſcribere, einen leſen, ſchreiben lehren.

Ego audivi magis mirum, ich habe noch was wunderlichers gehört, scio aliquid novi, ich weiß etwas neues.
Narra mihi sodes, ey lieber, erzehle es mir.
Atramentum, quod aceto liquefactum est, ægrè eluitur, die Dinte, welche mit Eßig zerlassen ist, kan schwerlich ausgelöschet werden.
Da mihi parùm atramenti in usum præsentem, gieb mir ein wenig Dinte, so viel ich dißmal brauche.
Tene atramentarium tuum benè apertum, halt dein Dintenfaß recht offen.
Infundere atramentum in atramentarium, Dinten giessen in das Dintenfaß, infundere in vas, in ein Gefäß giessen.
Atramentum liquidum est decolor, dünne Dinte ist bleich.
An non habes melius atramentum? hast du keine bessere Dinte?
Misceto atramentum tuum pennâ, rühre deine Dinte um mit der Feder.
Admove atramentarium propius, halte das Dintenfaß näher herbey.
Comprimere penna linteolum, den Schwamm drucken mit der Feder.
Nunquid ex duabus rebus malis confici potest aliquid boni? kan auch aus zweyen bösen Dingen etwas gutes gemacht werden?
Ardeo desiderio videndi parentes tuos, ich verlange sehr bei ne Eltern zu sehen.
Porrige mihi atramentarium tuum, gieb mir dein Dintenfaß her.
Indere atramentum in atramentarium, Dinte in das Dintenfaß thun.
Satis est, es ist genug, satis atramenti, pecuniæ, Dinte genug, Gelds genug.
Dedisti mihi plus, quam tibi retinueris, du hast mir mehr gegeben, als du behalten hast.
Commiscère iterum atque iterum, aufs fleißigste mischen.
Coquus sua jura & condimenta confudit, der Koch hat seine Speiß und Brühe untereinander gemischet.
Facere periculum, versuchen.
Dictare alicui sententiam aliquam, einem einen Sentenz in die Feder dictiren.
Experientia (ut vulgo dicitur) est rerum magistra, die Erfahrung, wie man im Sprichwort saget, ist eine gute Lehrmeisterin, (die Erfahrung lehret alles.)

Dictare

Dictare citius, geſchwinder dictiren, lentius, langſamer.
Non poſſum aſſequi Præceptorem dictantem, ich kan nicht nachkommen im ſchreiben.
Scriptura deſiccata eſt, die Schrift iſt trucken.
Scripturam recentem pulvere conſpergere, die friſche Schrift mit Sand beſtreuen.
Scriptura ſicca eſt plus ſatis, die Schrift iſt trucken genug.
Exſiccentur literæ per ſe, laß die Schrift von ſich ſelber trucken werden.
Incipit philoſophari, er fängt an zu philoſophiren.
Sermo de nihilo, *de lana caprina*, eine vergebliche Rede von nichtswürdigen Dingen. De aſini umbra.
Nihil me hujus rei pœnitet, die Sache reuet mich gar nicht, pœnitebit te pigritiæ tuæ; deine Faulheit wird dich gereuen.
Torpere otio inerti, die Zeit mit Faulentzen zubringen.

COLLOQ. XLIII.

EUSTACHIUS, FONTANUS.

A Quo emiſti, von wem haſt du gekauft, chartam iſtam, das Papier. F. A Fontano, von dem Fontano. E. Eſtne bona? iſt es gut? F. Melior, beſſer, quam iſta tua, als das deine, ut opinor, wie ich meyne, (dafür halte.) E. Nihil miror, darüber verwundere ich mich nicht. F. Cur dicis iſtud? warum ſagſt du das? E. Quia fortaſſe carior, ſc. *eſt*, weil es vielleicht theurer iſt. F. Neſcio, ich weiß es nicht. E. Quanti emiſti, wie theuer haſt du gekauft. ſcapum, das Buch? F. Baco, um einen Batzen, tu verò, du aber, quanti, ſc. *emiſti*? wie theuer haſt du gekauft? E. Baco & pluris, mehr als einen Batzen. F. Quanti igitur? wie theuer dann? E. Quinque albis, um fünf Weißpfenning. F. Profectò, fürwahr, non malè emiſti, du haſt nicht übel gekauft. E. Quìn etiam mercator dedit mihi, ja der Krämer hat mir auch gegeben, auctarium, eine Zugab. F. Quæſo, ey lieber, quodnam, was für eine?

E. Schedam, einen Bogen, chartæ bibulæ, Fließ-Papier. F. O me imprudentem, O ich unvorſichtiger, qui oblitus ſum, der ich vergeſſen habe, petere, zu begehren, oder zu fordern. E. Ego nequidem petivi, ich habe es nicht einmal begehret, ſed ille dedit ultrò, ſondern er hat mir gegeben freywillig: Et, und, addo tibi hoc, das gebe ich dir zu, (inquit, ſagt er,) ut reviſas me, daß du wieder zu mir kommeſt. F. Sic ſolent allicere, ſo pflegen ſie herbey zu locken, emtores, die Käuffer. E. Nec mirum, ſcil. *eſt*, und das iſt auch kein Wunder; quisque, ein jeder, quærit, ſuchet, commodum ſuum, ſeinen Nutzen. F. Sed, aber, quid agimus, was machen wir, immemores, uneingedenck, penſi hodierni, des heutigen Tagwercks, oder, daß wir nicht gedencken an unſere heutige aufgegebene Arbeit? E. Exiguum eſt, es iſt wenig; reſtat nobis, wir haben übrig, ſatis temporis, Zeit genug.

Explicatio Vocabulorum.

CArus, theuer, carior, cariſſimus.
Scapus, i, 2. m. ein Buch, item, der Stengel eines Krauts.
Bacus, i, 2. m. ein Baße.
Pluris, mehr, eſt gen. à *plus*.
Albus, i, 2. m. ein Weißpfenning.
Quin etiam, ja vielmehr, *Adv. corrigendi.*
Auctarium, ii, 2. n. eine Zugabe, ab augeo, auxi, auctum, augere, 2. vermehren.
Scheda, æ, 1. f. ein Bogen.
Bibulus, a, um, der gerne trincket, hinc charta bibula, Fließpapier, lapis bibulus, Tufiſtein.
Imprudens, entis, 3. o. unvorſichtig.
Peto, petivi, petitum, petere, 3. fordern, begehren.
Ne quidem, nicht einmal, *Adv. negandi.*
Ultrò, freywillig, *Adv.*
Addo, addidi, additum, addere, 3. hinzuthun.
Reviſo, reviſi, reviſum, reviſere, 3. wieder beſuchen, & reviſitare aliquem.

Emtor,

Digitized by

Emtor, oris, 3. m. ein Käuffer.
Allicio, allexi, allectum, allicere, 3. herbey locken.
Penſum, i, 2. n. ein aufgegeben Werck.
Immemor, immemoris, 3. o. uneingedenck, *regit. Gen. Abl.* immemori.
Exiguus, a, um, gering. Satis, genug, *Adv.*
Reſto, reſtiti, reſtitum, reſtare, 1. übrig ſeyn.

Phraſes.

IBo emtum chartam à mercatore, ich will hingehen, Papier zu kauffen vom Krämer.
Charta mea melior eſt, quàm iſta tua, mein Papier iſt beſſer als das deine.
Quanti emiſti ſcapum? wie theuer das Buch? *Codicem chartæ.*
Charta emitur *in ſingulos codices* bacis plus minus duobus, ein Buch Papier koſtet ungefehr 2. Batzen.
Mercator dedit mihi auctarium, der Kauffmann hat mir eine Zugab gegeben, aliquid pro corollario.
Scheda chartæ bibulæ *emitur obolo*, ein Bogen Fließ-Papier koſtet einen Heller.
Inſtitores ſic allicere ſolent emtores, die Krämer pflegen die Kaufleute alſo herbey zu locken.
Ea lege mercator dedit mihi aliquid corollarii, ut reviſerem ſe, der Kauffmann hat mir mit dem Beding etwas gegeben, daß ich ihm auf ein andermal ſoll wieder zuſprechen.
Immemor penſi, uneingedenck des Tagwercks, immemor mortis, uneingedenck des Todes.
Satis temporis nobis reſtat, wir haben noch Zeit genug, *quia nondum præteriit, tranſiit, exacta eſt undecima*, weil es noch nicht elfe geſchlagen.
(Non convenit cum re tempus; tempus non fert, concedit, permittit; non licet per tempus; aliud planè tempus, aliud res poſtulat, requirit, die Zeit leidet es nicht.)

COLLOQ. XLIV.

FONTANUS, GERVASIUS.

GErvaſi, mein lieber Gervas, rogo te, ich bitte dich, compinge mihi, hefte, oder, binde mir ein, chartam hanc, diß Papier. G. Quid rogas me?

was bitteſt du mich? non eſt ars mea, es iſt nicht mein Handwerck. F. Et tamen compingis ſæpè, und dennoch bindeſt du oft ein, aliis, andern. G. Quot habes ſchedas? wie viel Bogen haſt du? F. Octo, achte: ſed, aber, jam complicatæ ſunt, ſie ſind ſchon gefalten, (zuſammen gelegt,) reſtat tantum, es iſt nur noch übrig, inſuere membranæ, daß man es in das Pergament einhefte? G. Quid dabis, ſcil. *mihi*, was wilt du mir geben, ſi compegero tibi, wann ich dir es einbinde? F. Habeo nihil, ich habe nichts, quod poſſim dare, das ich geben könte: nam, dann, pecunia nulla eſt mihi, ich habe kein Geld. G. Ergo, derohalben, quære tibi, ſuche dir, opificem alium, einen andern Handwercksmann, (Arbeiter) enim, dann, non faciam gratis, ich wils nicht umſonſt thun. F. Mi Gervaſi, mein lieber Gervas, tu es tam bonus, du biſt ſo gut: denegabis mihi, wilt du mir abſchlagen, rem tantillam, eine ſo geringe Sache? G. Scin' tu, i. e. *ſcisne tu*, weiſt du, quid habeat proverbium, wie das Sprichwort lautet? (wie das Sprichwort vermag.) F. Quod proverbium dicis, von was für einem Sprichwort redeſt du? G. Manus, eine Hand, *fricat manum*, reibet die andere. F. Quid hoc ſibi vult? was bedeut das? (was wilt du damit ſagen?) G. Da aliquid, gib etwas, ſi velis accipere quid, ſo du etwas wilt empfangen, (nehmen.) F. Si quid haberem, wann ich etwas hätte, certè, fürwahr, darem libenter, ich gäbe es gerne. G. Cedo, gib her, merendam tuam, dein Abendbrod. F. Merendam! das Abendbrod, (Veſperbrod) ah me miſerum! ach ich Elender! quid ederem, was ſolte ich eſſen? mallem dare, ich wolte lieber geben, pileum, den Hut, ſi auderem, wann ich dürfte. G. Merenda tua, dein Abendbrod, eſt, iſt, res parva, ein geringes,

ringes. F. Sed, aber, eſurio vehementer, mich hungert ſehr. G. Quid cauſæ eſt, was iſt die Urſach. F. Quia prandi nihil, weil ich nichts habe zu Mittag gegeſſen, niſi fruſtum panis, als ein Stück Brod, &, und, juglandes tres aut quatuor, drey oder vier welſche Nüſſe. G. Eho, potz, quid cauſæ fuit? was iſt die Urſache geweſen? F. Quia mater aberat domo, weil die Mutter nicht zu Hauß war. G. Quis ergo dedit tibi, wer hat dir dann gegeben, merendam, das Abendbrod, F. Ipſa, ſc. *mater*, die Mutter ſelbſt. G. Atqui dicebas, du ſagteſt aber, eam abfuiſſe, ſie ſey nicht zu Hauß geweſen. F. Verum eſt: es iſt wahr: enim, dann, aberat, ſc. *domo*, ſie war nicht zu Hauß, tempore prandii, um den Mittag, (da man ſolte zu Mittag eſſen,) nec rediit, und iſt auch nicht wiederkommen, niſi, als nur, paulo ante merendam, ein wenig vor Veſperzeit, (vor dem Abendbrod.) G. Nihilne ediſti, haſt du nichts gegeſſen, domi, zu Hauß, antequam venires, ehe du kameſt, in ludum, in die Schul? F. Nihil, nichts. G. Cur non? warum nicht? F. Quia timebam, weil ich fürchtete, non adeſſe in tempore, ich möchte nicht bey Zeiten da ſeyn. G. Sonitus, der Thon, tintinnabuli, des Glöckleins, debet admonere te, ſoll dich erinnern, ſatis, genug. F. Sed, aber, audimus rarò, wir hören es ſelten, à noſtris ædibus, in unſerm Hauſe. G. Quid ita, wie ſo? F. Quia diſtant, weil es abgelegen iſt, nimis longè, gar zu weit, ab hac ſchola, von dieſer Schul. G. Omnia iſta, dieſes alles, quæ narras mihi, was du mir erzehleſt, ſuntne vera, iſt es wahr? F. Gervaſi, mein lieber Gervas, profectò, fürwahr, vera, ſc. *ſunt*, es iſt wahr. G. Age, wolan, da mihi, gib mir, chartam tuam, dein Papier, ego compingam tibi, ich will dir einbinden, libellum elegantem, ein ſchönes Büch-

lein: tu, du, ede interim, iß unterdeſſen, merendam tuam, dein Abendbrod. F. Ego petam, ich will begehren, (fordern) cruciatum, einen Kreutzer, à matre, von der Mutter, quem dabo tibi, welchen ich dir geben will. G. Cave petas, i. e. *ne petas*, hüte dich, daß du nichts forderſt, volo nihil, ich will nichts, quin darem potius, ich wolte vielmehr geben, tibi, dir, ſi egeres, wann du es bedürfteſt. F. Ago tibi gratias, ich ſage dir Danck. G. Nonne putabas, gelt du meynteſt, me petere ſeriò, daß ich in Ernſt begehre, merendam, das Veſperbrod, abs te, von dir. F. Profectò, gewißlich, ſic putabam, ich meynete es ſo. G. Atqui dicebam, ich ſagte es dennoch, joco, im Schertz. F. Quamobrem? warum? G. Ut audirem te, daß ich dich hörete, fabulari pauliſper, ein wenig reden, (ſchwätzen) latine, Lateiniſch. Nam, denn, gaudeo, ich freue mich, quod benè diſcas, daß du wohl lerneſt. Quanti emiſti, wie theuer haſt du gekauft, chartam hanc, das Papier? F. Dedi, ich habe gegeben, pro codice, für das Buch, bacos duos, zwey Batzen. G. Non emiſti malè, du haſt nicht übel gekauft, bona eſt, es iſt gut: ſed, aber, non complicaſti rectè, du haſt es nicht recht gefalten, (zuſammen gelegt.) Habes, haſt du, membranam, Pergament? F. Ecce tibi, ſiehe da. G. Bene res habet, es iſt gut: ego confecero citius, ich will es ehe gemacht haben, quàm tu perederis, als du wirſt gegeſſen haben, merendam, das Veſperbrod. F. Mi Gervaſi, mein lieber Gervas, habeo tibi gratiam maximam, ich will dir ſehr groſſen Danck ſagen. G. Loqueris honeſtè, du redeſt ehrlich: ſed, aber, fili, Sohn, memento, gedencke, ut vivas ſemper, daß du allezeit lebeſt, in timore Domini, in der Furcht des HErrn, diligenter obedias, fleißig gehorcheſt, matri, der Mutter, ſis frequens in ſchola,

fleißig

fleißig in die Schule geheſt, diligens in ſtudio, fleißig im ſtudiren: ne verſeris, gehe nicht um, cum pravis ac diſſolutis, ſc. *pueris*, mit böſen und ruchloſen (ungezogenen) Buben: denique, endlich, benefacito, thue gutes, quibus poteris, welchen du kanſt, quomodo vides, wie du ſieheſt, me feciſſe, daß ich gethan habe: intellexiſtin', pro *intellexiſtine*? haſt du es verſtanden? F. Optimè, gar wohl. G. Igitur, derohalben, fac, mache, ut recorderis ſæpe, daß du oft daran gedenckeſt. F. Faciam, ich will es thun, Deo volente, wills GOtt. G. Ede nunc, iß nun, otiosè, mit Weile (Muße.)

Explicatio Vocabulorum.

COmpingo, compegi, compactum, compingere, 3. einbinden.
Scheda, æ, 1. f. Bogen. Octo, 8. *indec. nom. adj.*
Complico, avi, atum, are, 1. zuſammen legen.
Reſto, reſtiti, reſtitum, reſtare, 1. übrig ſeyn. Reſtat, es iſt übrig, *imperſ.*
Inſuo, inſui, inſutum, inſuere, einnähen, compoſ. ex *in* & *ſuo*. Nähen.
Membrana, æ, 1. f. das Pergament, eine Decke.
Opifex, opificis, 3. m. ein Handwercksmann.
Gratis, umſonſt, *Adv.*
Denego, avi, atum, are, 1. abſchlagen.
Tantillus, a, um, ſo gering.
Scin', i. e. *ſcisne*, à ſcio, ivi, itum, ire, 4. wiſſen.
Proverbium, ii, 2. n. ein Sprichwort.
Frico, fricui, trictum, & fricatum, fricare, 1. kratzen, reiben, *Fut. Part.* fricaturus.
Cedò, gieb her, ſag her, *Plur.* cedite, i. e. dicite vel date, *verbum defect.*
Merenda, æ, 1. f. Abendbrod, Veſperbrod.
Miſer, miſera, miſerum, elendig.
Pileus, i, 2. m. ein Hut, & pileum, ei, 2. n.
Audeo, auſus ſum, audere, 2. dürffen, ſich unterſtehen, *verb. neutro paſſivum.*
Vehementer, heftig, ſehr, *Adv.*

Eſurio,

Digitized by Google

Eſurio, eſurivi & eſurii, eſuritum, eſurire, 4. hungern, eſuries, ei, 5. f. der Hunger.
Prandeo, prandi, pranſum, prandere, 2. zu Mittag eſſen.
Juglans, juglandis, 3. f. eine welſche Nuß.
Eho, poß, *Interj.*
Abſum, abfui, abeſſe, nicht da ſeyn.
Antequam, ehe, *Adv.*
Ludus, i, 2. m. ein Spiel, it. Schul, ſic luſus.
Timeo, timui, timere, 2. fürchten.
Tintinnabulum, i, 2. n. ein Glöcklein.
Sonitus, us, 4. m. der Thon, Geläut, à ſono, ſonui, &c.
Debeo, debui, debitum, debere, 2. ſollen.
Rarò, ſelten, *Adv.*
Ædes, ædium, 3. f. ein Hauß, ædes, ædis, 3. f. die Kirche.
Quid ita, wie ſo, *Adv.*
Longè, weit, *Adv.* longius, longiſſimè.
Diſto, diſtare, 1. abgelegen ſeyn, ungleich ſeyn.
Elegans, elegantis, 3. o. ſchön.
Cruciatus, i, 2. m. ein Kreutzer.
Caveo, cavi, cautum, cavere, 2. hüten.
Quin potius, ja vielmehr, *Adj.*
Egeo, egui, egere, 2. bedürffen, *regit Ablat.*
Seriò, ernſtlich, *Adv.*
Jocus, i, 2. m. ein Scherß, *Plur.* joci & joca.
Pauliſper, ein wenig, *Adv.*
Fabulor, atus ſum, ari, 1. ſchwätzen, reden, *verb. dep.*
Bacus, i, 2. m. ein Baße.
Conficio, confeci, confectum, conficere, 3. machen.
Peredo, peredi, pereſum, peredere, 3. eſſen.
Honeſtè, ehrlich, redlich, *Adv.*
Obedio, ivi, itum, ire, 4. gehorchen.
Frequens, entis, 3. oft, gäng, à frequento, avi, atum, are, 1. oft gehen, frequentia hominum, die Menge des Volcks.
Verſor, verſatus ſum, verſari, 1. umgehen.
Pravus, a, um, böß.
Diſſolutus, a, um, verkehrt, ruchloß.
Intelligo, intellexi, intellectum, intelligere, 3. verſtehen. intellexiſtin' *pro intellexiſtine*? per apoſtrophen.
Recordor, atus ſum, recordari, 1. erinnern, *verb. dep.*
Otiosè, mit muße, weile.

Phra-

Phraſes.

COmpingere librum, ein Buch einbinden, conſuere.
Bibliopegus hunc librum benè quidem compegit, ſed depravatus, mutilatus eſt, non eſt integer, der Buchbinder hat das Buch zwar wohl eingebunden, aber es iſt nicht gantz.
(Bibliopegus, compaginator librorum, glutinator, librarius, ein Buchbinder.)
Quot habes ſchedas? wie viel Bögen haſt du?
Complicare chartam, das Papier zuſammen legen.
Inſuere chartam membranæ, das Papier in Pergament nähen.
Nulla eſt fratri meo pecunia, mein Bruder hat kein Geld.
Denegare alicui aliquid, einem etwas abſchlagen.
Scin' tu, quid habeat proverbium? weiſt du, wie das Sprichwort lautet?
Manus manum fricat, eine Hand reibet die andere.
Manus manum lavat, eine Hand wäſcht die andere.
Da, ut accipias, gib, daß du bekommeſt.
Cedo merendam tuam, gib her dein Abendbrod, cedo librum.
Mallem dare pileum meum, quam merendam, ſi auderem, ich wolte lieber meinen Hut geben als das Abendbrod, wann ich dürfte.
Eſurio vehementer, ich habe groſſen Hunger; es hungert mich.
Prandi nihil, niſi fruſtum panis, ich habe nur ein Stück Brod zu Mittag gegeſſen.
Quid cauſæ eſt? was iſt die Urſache? quod, &c. daß, ꝛc.
Abeſſe domo, nicht zu Hauß ſeyn, tempore prandii, wenn man zu Mittag iſſet.
Venire in ludum, in die Schul kommen, domi edendum, non in ludo, zu Hauß ſoll man eſſen, nicht in der Schul.
Timebam non adeſſe in tempore, ich fürchtete, ich möchte nicht bey Zeiten da ſeyn, ne non adeſſem.
Sonitus tintinnabuli admonet me de reditu in ſcholam, das Glöcklein erinnert mich, daß ich wieder ſoll in die Schule gehen, admonere aliquem de re aliqua & alicujus rei.
Raro audimus horam à noſtris ædibus, wir hören ſelten die Glocke in unſerm Hauſe.
Ædes noſtræ longè nimis ab hac ſchola diſtant, unſer Hauß iſt gar zu weit von dieſer Schul abgelegen.
Sunne vera omnia quæ narras? iſt das alles wahr, was du erzehleſt?

Cave,

Cave, petas pecuniam, hüte dich, daß du kein Geld forderſt, cave dixeris, *pro*, ne dixeris, bey leibe ſags nicht.
Egere pecuniâ, Geld bedürffen.
Dicere joco, aus Scherz ſagen.
Fabulari latine, Lateiniſch reden.
Quod bene diſcas, gaudeo, daß du fleißig lerneſt, freue ich mich, gaudeo te bene diſcere.
Emi hanc chartam baco, das Papier habe ich gekauft um einen Batzen.
Dedi pro hoc pallio decem imperiales, ich habe zehen Reichsthaler gegeben für dieſen Mantel.
Obedire matri, der Mutter gehorchen, Magiſtratui, der Obrigkeit.
Vivere in timore Domini, in der Furcht des HErrn leben.
Philippus frequens eſt in ſchola, der Philipp gehet fleißig in die Schul, diligens in ſtudio, fleißig im ſtudiren.
Verſari cum pravis ac diſſolutis, mit Böſen und Verkehrten umgehen, cum ſcurris, mit Lotterbuben, uti familiaritate alicujus, treulich mit einem umgehen.
Benefacere omnibus, allen Gutes thun, *bene mereri de omnibus, conferre beneficia in omnes.*

COLLOQ. XLV.

GERVASIUS, HERMINIUS.

UNde venis, wo kommſt du her? H. Foris, von auſſen her. G. Quid prodieras? warum wareſt du hinaus gegangen? H. Ut emerem, daß ich kaufte, chartam, Papier. G. Emiſtine? haſt du gekauft? H. Emi, ich habe gekauffet. G. Quantum emiſti, wie viel haſt du gekauffet? H. Scapum, ein Buch. G. Quanti, wie theuer? H. Albis quinque, um fünf Weißpfenning. G. Cujus formæ? was für einer Form? H. Minoris, der Kleinern. G. Oſtende, weiſe es. H. Vide, ſiehe, num bona ſit? ob es gut iſt. G. Profectò, gewißlich, bona eſt, es iſt gut, in quem uſum emiſti? wozu haſt du es gekauft? H. Quæris ineptè, du frageſt närriſch: quis eſt uſus char-

Digitized by Google

chartarum, worzu braucht man das Papier, niſi ad ſcribendum, als nur zum ſchreiben. G. Imò alius, ſc. *uſus eſt*, ja es dienet auch anderswo zu. H. Cedò, ey lieber, quis, ſc. *uſus eſt*, wozu dienet es dann? G. Ad merces involvendas, die Waaren darein zu wickeln, (packen.) H. Intelligebam, ich verſtunde es, de charta ſcholaſtica, von dem Schulpapier, non de emporetica, nicht von dem Maculatur-Papier, enim, dann, non ſum mercator, ich bin kein Kauffmann. G. Utimur etiam charta, wir brauchen auch Papier, ad ſcripturam recentem ſiccandam, die friſche Schrift zu trucknen. H. Satis ſcio, ich weiß es genug, ſed, aber, charta illa eſt bibula, das iſt Fließpapier. G. Et tamen charta eſt, und iſt doch Papier. H. Eſto, es ſey alſo. G. Ergo, derohalben, uſus chartæ multiplex eſt, ſo kan man das Papier auf viel und mancherley Weiß gebrauchen, etiam in ſchola, auch in der Schul. H. Cogor fateri, ich muß es bekennen. G. Dicam tibi etiam, ich will dir auch ſagen, uſum alium, einen andern Nutzen oder Gebrauch, & quidem frequentiſſimum, und welcher ſehr gemein iſt, in ſchola, in der Schul. H. Quem, ſcil. *uſum?* welchen Gebrauch dann? G. Non auſim dicere, ich darfs nicht ſagen, ſine præfatione honoris, ohne Ehren-Erlaubniß, (ohne mit Ehren zu melden, zu ſagen.) H. Quid opus eſt, was iſt von nöthen, præfari honorem, Ehren-Meldung zu thun, inter nos, unter uns? enim, dann, verba non fœtent, die Worte ſtincken nicht. G. Igitur, derohalben, dicam, will ichs ſagen, quando ita vis, weil du es ſo haben wilt. H. Dic liberè, ſage es frey heraus. G. Ad nates tergendas, den Hinterſten zu wiſchen, *ſ. v.* in latrina, auf dem heimlichen Gemach. H. Illuc non feruntur, da wird nicht hingetragen, chartæ puræ, rein Papier, ſed, ſondern,

jam

jam ſcriptæ, welches ſchon beſchrieben, æque inutiles, und welches nichts mehr nütze iſt. G. Quid tum? was iſt es dann? tamen chartæ ſunt, es iſt doch Papier. H. At, aber, ego loquebar, ich redete, de charta pura & nova, von reinem (weiſſen) und neuen Papier. G. Sed, aber, interim, unterdeſſen, victus es, biſt du überwunden. H. Sic ita ſanè, ja es iſt fürwahr alſo: non pœnitet me, es reuet mich nicht, diſputatiunculæ hujus noſtræ, dieſes unſers Geſprächs. Sed, aber, jam diſceditur à luſu, nun gehet man vom Spielen. G. Ergo & nos cedamus loco, ſo laſſet uns auch voneinander gehen.

Explicatio Vocabulorum.

PRodeo, prodivi & prodii, proditum, prodire, 4. hervorgehen.
Quantus, a, um, wie viel, h. l. ſubſt. ponitur.
Scapus, i, 2. m. ein Buch, Volumen chartarum.
Quanti, wie theuer, wie hoch, eſt Gen. à quantum.
Forma, æ, 1. f. eine Form.
Oſtendo, oſtendi, oſtenſum & oſtentum, oſtendere, 3. zeigen.
Uſus, us, 4. m. ein Gebrauch.
Ineptè, närriſch, *Adv.*
Merx, mercis, 3. f. die Waare, *Pl.* merces, mercium.
Involvo, involvi, involutum, involvere, 3. einwickeln, ex *in* & *volvo*, ich weltze.
Scholaſticus, a, um, das zur Schul gehöret.
Emporeticus, a, um, das zum Kauffen gehöret, charta emporetica, Krämer-Papier, Maculatur.
Sicco, avi, atum, are, 1. trucknen.
Recens, 3. o. friſch, neu, G. recentis.
Bibulus, a, um, trinckend, à bibo, bibi, bibîtum, bibere, 3. trincken.
Multiplex, multiplicis, 3. o. mancherley, vielfältig.
Cogo, cŏegi, coactum, cogere, 3. zwingen, *Paſſ.* cogor, coactus ſum, cogi.
Frequens, 3. o. oft, gäng, frequentior, frequentiſſimus.
Auſim, ich darf, *Præſ. Conj. verb. defect.*
Præfatio, onis, 3. f. Vorrede, à verbo præfaris vel præfare, *caret prima perſona*, *Inf.* prætari.

Opus,

Opus, nöthig, *Adj. indecl.*
Fœteo, fœtui, fœtere, 2. ſtincken.
Libere, frey, liberius, liberrimè, *Adv.*
Tergo, terſi, terſum, tergere, 3. wiſchen, & tergeo, terſi, terſum, tergere, 2.
Nates, natium, *Plur. num. tantùm*, g. f. die Hinderbacken.
Latrina, æ, 1. f. das heimliche Gemach, das Secret.
Illuc, dorthin, *Adv.* Scriptus, a, um, geſchrieben, à ſcribo.
Inutilis, e, unnützlich. Tamen, noch, *Conj.* At, aber, *Conj.*
Purus, a, um, rein. Novus, a, um, neu, *caret Comparativo*, *Sup.* noviſſimus.
Loquor, locutus ſum, loqui, 3. reden.
Vincor, victus ſum, vinci, überwunden werden, à vinco, vici, victum, vincere, 3. überwinden.
Sic, ita, alſo, ſanè, gewißlich, *Adv.*
Pœnitet, es reuet mich, pœnituit, pœnitere, *verb. imperſ.*
Diſputatiuncula, æ, 1. f. eine Unterredung, diſputatio, onis, 3. f. à diſputo, avi, atum, are, 1. diſputiren.
Diſcedo, diſceſſi, diſceſſum, diſcedere, 3. weggehen, diſceditur, man gehet weg, *verb. imperſ.*
Cedo, ceſſi, ceſſum, cedere, 3. weichen.

Phraſes.

VEnire foris, von auſſen herein kommen.
Quantum chartæ emiſti, wie viel Papier haſt du gekauft? ſcapum, ein Buch, ſchedam, einen Bogen.
Charta formæ minoris, Papier von kleinem Format.
Quis eſt hujus rei uſus? wozu braucht man diß Ding?
(Cui rei utilis? Ad quid prodeſt, confert? quorſum valet hæc res? cui bono hæc res? Ad quid conducibilis?)
In quem uſum emiſti hanc chartam? wozu haſt du diß Papier gekauft? Ad ſcribendum. Zum ſchreiben.
Quærere ineptè, närriſch fragen.
Involvere merces chartæ emporeticæ, die Waaren in Papier einwicklen. Charta thuri involvendo accommoda, Papier, Weyrauch darein zu wickeln.
Siccare ſcripturam. die Schrift trucknen.
Pulverem de pariete radere, Staub von der Wand ſchaben, ad ſiccandam ſcripturam, die Schrift zu trucknen.
Cogor fateri, ich muß bekennen, multiplicem eſſe chartæ uſum, daß man das Papier zu vielen Dingen gebrauchen könne.

Uſus frequentiſſimus, ein ſehr gemeiner Gebrauch.
Non auſim dicere ſine præfatione honoris, ich darf es ohne Ehrenmeldung nicht ſagen.
Præfari honorem, mit Zůchten ſagen.
(Charta podici tergendo utilis, idonea, accommoda; ad poſticum purgandum.)
Tergere nates in latrina, den Hindern wiſchen auf dem Secret, *ſalva venia*, *ſalvo honore*, mit Reverentz.
Pœnitet me hujus diſputationis, es reuet mich dieſer Diſputation.
Diſcedere à luſu, vom Spielen ſcheiden.
Cedere loco, von dannen weichen.

COLLOQ. XLVI.

HERMINIUS, JULIUS.

MEminiſtin', pro *meminiſtine*, gedenckeſt du noch, me dediſſe tibi mutuò, daß ich dir geliehen habe, nuper, neulich, chartam, Papier. J. Quidni meminerim? warum ſolte ichs nicht gedencken? non ſum adeò oblivioſus, ich bin nicht ſo gar vergeſſen. H. Quot erant ſchedæ? wie viel Bögen waren es? J. Quatuor, vier. H. Cur non reddiſti, ſc. *mihi?* warum haſt du ſie mir nicht wieder gegeben? J. Exſpectavi, ich habe gewartet, dum haberem codicem, biß ich ein Buch hätte. H. Habuiſtine tandem? haſt du dann endlich eins bekommen? J. Tantùm hodie, erſt heute. H. Unde nactus es? woher haſt du es bekommen? J. Petivi à Præceptore, ich habe es gefordert (begehret) von dem Lehrmeiſter. H. Ubi? wo? J. In bibliotheca ejus, in ſeiner Bibliothec, (Studierſtube.) H. Quid ille, ſcil. *ait*, was ſagte er, deditne libenter? hat er es gern gegeben? J. Miſit me, er hat mich geſandt, ad hypodidaſculum, zu dem Unterlehrer, qui dedit ſtatim, ſc. *mihi*, der mir alſobald gegeben hat, codicem, ein Buch. H. Non retulit ante, hat er es nicht zuvor geſchrieben, (gebracht,) in codi-

codicem ſuum? in ſein Buch? J. Solet dare nihil, er pfleget nichts zu geben, quin prius inſcribat, er habe es dann zuvor eingeſchrieben. H. Audivi, ich habe gehöret, à Patre, ſc. *meo*, von meinem Vater, id eſſe viri prudentis, ein kluger Mann thue das allezeit. J. Præſertim, inſonderheit, ſi ratio reddenda eſt, wenn man es verrechnen muß. H. Sed, aber, quibus indiciis, durch was für Wahrzeichen, auſus eſt dare tibi? hat er es dir dürffen geben? J. Oſtendi illi, ich habe ihm gezeiget, ſcriptum manu mea, meine Handſchrifft, in libello meo, in meinem Büchlein: enim, denn, ſic ſolemus facere, ſo pflegen wir es zu machen, (ut ſcis, wie du weiſt.) H. Ergo, derowegen, reddes mihi, wirſt du mir wieder geben, mutuum, das Geliehene. J. Statim, alſobald, à prandio, nach dem Mittageſſen, ne dubites, zweiffele nicht.

Explicatio Vocabulorum.

Mutuò, auf Borg, Wechſelweiſe, *Adv.* mutuum, i, 2. n. eine geborgte Sache; mutuus, a, um, gelehnt oder entlehnt.
Adeò, ſo gar, *Adv.*
Oblivioſus, a, um, vergeßlich.
Scheda, æ, 1. f. ein Bogen.
Codex, codicis, 3. m. ein Buch.
Tandem, endlich, *Adv.* Tantùm, erſt, *Adv.*
Nanciſcor, nactus ſum, nanciſci, 3. erlangen.
Peto, petivi, petitum, petere, 3. fordern.
Bibliotheca, æ, 1. f. eine Bibliothec,
Libenter, gern, libentiùs, libentiſſimè, *Adv.*
Hypodidaſcalus, i, 2. m. ein Unterlehrer.
Refero, retuli, relatum, referre, bringen.
Prudens, entis, 3. o. klug, fürſichtig.
Præſertim, inſonderheit, *Adv.*
Reddo, reddidi, redditum, reddere, 3. wiedergeben.
Ratio, onis, 3. f. Rechenſchaft, Urſach, Vernunft.
Indicium, ii, 2. n. eine Anzeige.
Oſtendo, oſtendi, oſtenſum, & oſtentum, oſtendere, 3. zeigen.
Libellus, i, 2. m. ein Büchlein, à liber, libri, ein Buch.

Phraſes.

REddere alicui mutuum, einem das Geliehene wiedergeben.
Expecta, dum redeat noverca, warte biß die Stiefmutter kommt.
Unde nactus es tantam pecuniæ ſummam? woher haſt du ſo viel Geld bekommen?
Socer miſit generum ad hypodidaſcalum, der Schwiegervatter hat den Tochtermann geſchickt zu dem Unterlehrer.
Referre in codicem, in das Buch ſchreiben.
Referre exercitia in librum Exercitiorum, die Exercitia einſchreiben.
Inſcribere in librum & in libro, in das Buch ſchreiben.
Eſt viri prudentis, es ſtehet einem klugen Mann wohl an.
Rationem reddere, Rechenſchaft geben.
Hoc mihi indicio eſſe poteſt, daraus kan ich es abnehmen.
Hinc colligere, conjicere poſſum.
Sunt certiſſima argumenta & indicia te hoc feciſſe, man hat gewiſſen Beweiß und Anzeig, daß du ſolches gethan haſt.
Reddere mutuum, das Geliehene wiedergeben.

COLLOQ. XLVII.

JULIUS, LUDOVICUS.

CUr non ſcribis? warum ſchreibeſt du nicht? L. Jam ſcripſi, ich habe ſchon geſchrieben, paginam meam, meine Seite, tu verò, ſc. *cur non ſcribis?* warum ſchreibeſt du aber nicht? J. Eo ſcriptum, ich gehe hin zu ſchreiben, in area, in dem Hofe. L. Quid ita? wie ſo? J. Quia eſt, dieweil es iſt, cœlum ſerenum, ſchön Wetter. L. Feſtina, eile, tempus abit, die Zeit gehet weg, (hin,) &, und, ratio mox exigetur, man wird bald Rechnung davon fordern, das iſt, man wird es bald aufweiſen müſſen.

Explicatio Vocabulorum.

ARea, æ, 1. f. ein Platz, Hof.
Quid ita? wie ſo? *Adv.*
Serenus, a, um, hell, klar, heiter.
Cœlum, i, 2. n. der Himmel, *Plur.* cœli, cœlorum, gen. m.

Feſti-

Festino, avi, atum, are, 1. eilen.
Abeo, abii, abitum, abire, 4. weggehen.
Exigo, exegi, exactum, exigere, 3. fordern, *Pass.* exigor, exactus sum, exigi, erfordert werden.
Ratio, rationis, 3. Rechenschaft, Ursache.

Phrases.

IRe scriptum exercitia, hingehen die Exercitia zu schreiben.
Cœlum est serenum, es ist schön Wetter, *Cœlum nullis nubibus est obductum*, der Himmel ist klar, ohne Wolcken.
Exigere rationem, Rechenschaft fordern.
Festina lentè, eile mit Weile.

COLLOQ. XLVIII.

LUDOVICUS, MICHAEL.

QUid agis? was thust du? M. Scribo, ich schreibe. L. Quid scribis? was schreibest du? M. Describo, ich schreibe ab, dictata Præceptoris, was der Lehrmeister in die Feder dictiret hat. L. Quænam, sc. *dictata*, was für dictata? M. Hesterna, die gestrigen. L. Quid? was? non aderas? warest du nicht da? M. Imò, ja, aderam, ich war da: sed, aber, non poteram assequi, ich konnte nicht nachkommen, magistrum dictantem, dem dictirenten Lehrmeister, oder, ich konnte nicht so geschwind schreiben, als der Lehrmeister dictirte. L. Quæ res impediebat te? was verhinderte dich? M. Quod non sederem, weil ich nicht saß, satis commodè, bequem genug. L. Veneras ergo seriùs? warest du dann zu spat kommen? M. Istud est, das ist es eben. L. Cedo Commentarium tuum, gieb dein Buch her, egomet scribam tibi, ich wil dir selbst schreiben. M. Quid lucri faciam? was werde ich daran gewinnen? L. Ego descripsero citiùs, ich wil es ehe abgeschrieben haben, quam tu, als du: post, darnach, ludemus unà, wollen wir miteinander spielen, ut Præceptor concessit, wie es der Lehr-

meiſter erlaubt hat. Inquam, ich ſage, da libellum tuum, gieb dein Büchlein her. M. Facerem id quidem libenter, ich thäte das zwar gern, ſed non audeo, aber ich darff nicht. L. Quid times? was fürchteſt du? M. Edictum Præceptoris, des Lehrmeiſters Gebot. L. Quod edictum, was für ein Gebot, narras mihi? erzehleſt du mir? M. Neſcis, weiſt du nicht, eum vetuiſſe, daß er verboten hat, ne quis ſcribat alteri, daß keiner dem andern ſchreiben ſoll, ſine permiſſu ejus, ohne ſeine Erlaubniß. L. Ego memini id probè, das weiß ich gar wohl: ſed, aber, unde hoc ſciet? woher wird er das wiſſen? M. Rogas? fragſt du? quum exiget, wenn er fordern wird, rationem ſcripturæ, Rechenſchafft der Schrifft, emendandi causâ, zu verbeſſern, oder, zu corrigiren, tum ero captus, ſo werde ich alsdann gefangen ſeyn. Enim, dann, novit manum meam, er kennet meine Hand: præterea, über das, neque mentiendum, ſc. *eſt*, ſoll man auch nicht lügen. L. Utrumque vetatur, beydes wird verboten, verbo Dei, in GOttes Wort. M. Quid ergo reſponderem, was ſolte ich dann antworten, Præceptori, dem Lehrmeiſter, quum ille negaret, wenn er läugnete, me ſcripſiſſe iſta? daß ich ſolches geſchrieben? L. Res eo non evadet, die Sache wird ſo weit nicht kommen, ſpero, i. e. *ut ſpero*, wie ich hoffe. M. Nolo ſubire periculum tantum, ich wil mich in ſo groſſe Gefahr nicht ſtecken, ſpe tuâ, auf deine Hoffnung. L. Vah, potz: nimium timidus es, du biſt gar zu furchtſam: nunquam facies rem, ſc. *tuam*, du wirſt nimmer deinen Nutzen ſchaffen. M. At, aber, tu, du, forſitan audacior, ſc. *es*, biſt freylich kühner. L. Tu, du, ſcribe igitur, ſchreib dann, quantum voles, ſo viel du wilt: ego confero, ich begebe mich, ad ludendum, zum Spielen. M. Quæſo, ich bitte dich, abi, gehe weg: jam deſcripſiſſem,

ſiſſem, ich hätte ſchon abgeſchrieben, paginam unam, eine Seite, niſi interpellaſſes me, wenn du mich nicht verhindert hätteſt. L. Interim, unterdeſſen, proficimus aliquid, nützet es uns etwas, dum fabulamur latinè, indem wir lateiniſch reden, (ſchwätzen.)

Explicatio Vocabulorum.

Dictata, dictatorum, 2. n. *Plur. num.* angegebene Dinge zu ſchreiben.
Quisnam, quænam, quodnam, was für eines? *Plur.* quænam.
Dictans, dictantis, 3. o. à dicto, ich dictire in die Feder, avi, atum, are, 1.
Impedio, ivi, itum, ire, 4. verhindern.
Commodè, bequem, *Adv.*
Sedeo, ſedi, ſeſſum, ſedere, 2. ſitzen.
Serò, ſpat, ſeriùs, *Adv.*
Cedò, gieb her, *Pl.* cedite, *verb. defect.*
Commentarius, ii, 2. m. & commentarium, ii, 2. n. eine ausführliche Erklärung, à verbo commentor, atus ſum, ari, 1. etwas betrachten.
Lucrum, i, 2. n. der Gewinn.
Citò, geſchwind, *Adv.* citiùs, citiſſimè.
Poſt, darnach, *Adv.*
Concedo, conceſſi, conceſſum, concedere, 3. zulaſſen.
Inquam, ich ſage, *verb. defect.*
Timeo, timui, timere, 2. fürchten.
Edictum, i, 2. n. ein Verbot.
Veto, vetui, vetitum, vetare, 1. verbieten.
Permiſſu, *eſt Abl. caſus*, durch Erlaubniß, monopt.
Probè, wohl, *Adv.*
Emendo, avi, atum, are, 1. verbeſſern.
Tum, alsdann, *Adv.*
Novi, ich weiß oder kenne, *verb. defect.*
Præterea, über das, *Adv.*
Mentior, mentitus ſum, mentiri, 4. lügen.
Reſpondeo, reſpondi, reſponſum, reſpondere, 2. antworten.
Nego, avi, atum, are, 1. läugnen. Eò, ſo weit, *Adv.*
Evado, evaſi, evaſum, evadere, 3. entgehen, it. werden, idem quod fieri.
Subeo, ſubivi, & ſubii, ſubitum, ſubire, 3. unterfangen, auf ſich nehmen.

Vah! huy! *Interj.* Nimiùm, zu viel, *Adv.*
Timidus, a, um, furchtſam. Nunquam, niemals, *Adv.*
Forſitan, vielleicht, *Adv.* forſan, fortaſſis, fortaſſe.
Confero, contuli, collatum, conferre, 3. begeben.
Interpello, avi, atum, are, 1. in die Rede fallen.
Interpellor, man fällt mir in die Rede.
Proficio, profeci, profectum, proficere, 3. zunehmen.
Fabulor, atus ſum, ari, 2. ſchwätzen.

Phraſes.

Deſcribere aliquem, einen beſchreiben.
Deſcribere ex manuſcripto, aus dem geſchriebenen abſchreiben.
Non poſſum aſſequi magiſtrum dictantem, ich kan nicht nachkommen.
Sedere commodè, gemächlich ſitzen.
Venire ſerius, ſpäter kommen.
Princeps Elector conceſſit, der Churfürſt hat es erlaubet, permiſit.
Timeo edictum Præceptoris, ich fürchte des Lehrmeiſters Verbott.
Quæ tu mihi ſomnia narras, was für Träume erzehleſt du mir.
Vetitum eſt, ne quis ſcribat alteri ſine permiſſu Præceptoris, es iſt verboten, daß niemand dem andern ſchreiben ſoll, ohne des Lehrmeiſters Erlaubniß
Neſcis vetitum eſſe, ne loquamur ſubmiſsè inter nos? weiſt du nicht, daß verboten iſt, daß wir ſo leiſe mit einander reden ſollen?
Exigere rationem ſcripturæ, emendandi causâ, der Schrift Rechenſchaft forbern, dieſelbe zu verbeſſern.
Novi manum tuam, ich kenne deine Hand.
Manus, us, 4. f. eine Hand, Handſchrift.
Mentiendum non eſt, man muß nicht lügen.
Ne verbulum reſpondit affini ſuo, er hat ſeinem Schwager nicht ein Wort geantwortet.
Quid reſpondit tibi, quid tibi dedit reſponſi? was hat er dir zur Antwort gegeben?
Nego te hoc ſcripſiſſe, ich ſage nein darzu, daß du dieſes ſolteſt geſchrieben haben.
Res eò non evadet, ſpero, ich hoffe, es ſoll ſo weit nicht kommen.

Subire periculum, ſich in Gefahr ſetzen, ſpe alterius, auf eines andern gemachte Hofnung.
Facere rem, Nutzen ſchaffen.
Tu es audacior omnibus tuis condiſcipulis, du biſt kecker als alle deine Mitſchüler.
Conferre ſe ad ludendum, ſich zum Spielen begeben.
Interpellare aliquem, einem in die Rede fallen.
Fabulare latinè, Lateiniſch reden.

COLLOQ. XLIX.

MICHAEL, NOÆUS.

HEus Noæe, höreſt du, Noæe, N. Quid vis? was wilt du? M. Accerſeris, du wirſt beruffen, N. Quis vocat me? wer ruffet mir? M. Frater tuus, dein Bruder. N. Ubi eſt? wo iſt er? M. Exſpectat te, er wartet deiner, præ foribus, vor der Thür. N. Scis, pro*ſciſne*, weiſt du es, certò, gewiß, eſſe fratrem meum? daß es mein Bruder iſt? M. Quidni ſciam, warum ſolte ichs nicht wiſſen? Vidi illum, ich habe ihn geſehen, & ſum alloquutus, ſc. *eum*, und ihn angeredt. N. Sanè, fürwahr, viſo, ich gehe hin zu ſehen, quid ſit, was es ſey.

Explicatio Vocabulorum.

HEus, höreſt du, *Adv.*
Accerſo, accerſivi, accerſitum, accerſere, 3. beruffen, *Paſſ.* Accerſor, accerſitus ſum, accerſi, beruffen werden.
Fores, forium, foribus, *Plur. num.* die Thür.
Quidni? warum nicht? *Adv.*
Alloquor, allocutus ſum, alloqui, anreden.
Viſo, viſi, viſum, viſere, 3. hingehen zu ſehen.
Sanè, gewiß, *Adv.* warlich.

Phraſes.

HEus, Philippe, hör, Philipp.
Accerſitus ſum à Conſule, ich bin zum Burgermeiſter beruffen worden.
Accerſitus ſum à Ludimagiſtro ad divum Petrum, ich bin zum Schulmeiſter zu ſanct Peter beruffen worden.

Certò ſcis eſſe Prætorem hujus urbis? weiſt du gewiß, daß es der Stadt-Schultheiß iſt.
Quidni ſciam, warum ſolte ichs nicht wiſſen.
Alloqui aliquem, einen anreden, verbis blandis, mit ſchmeichelhaften Worten, verbis durioribus, mit harten, rauhen Worten.

COLLOQ. L.

NOÆUS, OLIVARIUS.

OLivari, mein lieber Olivari, ſalve, ſey gegrüſſet. O. Noæe, mein lieber Noæe, tu quoque ſis ſalvus, ſey auch gegrüſſet. N. Ludamus pauliſper, laſſet uns ein wenig ſpielen. O Ineptule, du Närrlein, quid ais? was ſagſt du? vix ingreſſus es ſcholam, du biſt kaum in die Schule getretten, & jam loqueris, und redeſt ſchon, de ludo, von dem Spielen. N. Quæſo, ey lieber, ne iraſcaris, zürne nicht. O. Non iraſcor, ich zürne nicht. N. Quid ergo exclamas ſic? warum ruffeſt du dann ſo? O. Accuſo, ich klage an, ſtultitiam tuam, deine Thorheit. N. Non licet igitur, iſt es dann nicht erlaubet, ludere, zu ſpielen. O. Imò, ja, licet, es iſt erlaubet, at, aber, quum tempus eſt, wann es Zeit iſt. N. Vah! huy! tu ſapis nimium, du biſt gar zu klug, (witzig.) O. Utinam ſaperem tantùm ſatis, wolte GOtt, ich wäre witzig genug, ſed, aber, quæſo, ey lieber, mitte me, laß mich mit frieden, ut repetam, daß ich wiederhole, oder, repetire, quæ nox reddenda, was wir bald auffſagen müſſen, Præceptori, dem Lehrmeiſter. N. Æquum dicis, du ſageſt recht: ego, ich, volo quoque repetere tecum, wil auch mit dir wiederholen, ſi placet tibi, ſo es dir gefällt. O. Eho, potz, quid hoc eſt? was iſt das? quid ſibi vult, was bedeut, mutatio iſta tam ſubita? die plötzliche Veränderung, oder, wie haſt du dich ſo bald anders beſonnen?

nen? nonne tu loquebaris, redeteſt du nicht, modò, alleweil, de luſu? vom Spielen? N. Loquebar quidem, ich redete zwar davon, ſed non ſeriò, aber nicht in Ernſt. O. Cur ſimulabas? warum ſtelleteſt du dich alſo? N. Ut fabularer tecum paucis, daß ich ein wenig mit dir redete. O. Quid prodeſt illud? was nützet das? N. Etiam rogas? fragſt du noch? nunquam audiviſti, haſt du es niemals gehört, ex Præceptore? von dem Lehrmeiſter? O. Non occurrit mihi nunc, es fällt mir jetzt nicht ein: inquam, ich ſage, quid prodeſt confabulari? was nützet das Schwätzen? (das miteinander reden.) N. Ad exercendos nos, uns zu üben, in lingua latina, in der Lateiniſchen Sprache. O. Profectò, gewißlich, rectè, putas, du meyneſt (urtheileſt recht:) &, und, ego amo te nunc magis, ich liebe dich jetzt mehr. N. Habeo, tibi gratiam, ich ſage dir Danck. Age, wolan, repetamus prælectionem, laſſet uns die Lection repetiren, (wiederholen;) nam, dann, Præceptor brevi aderit, der Lehrmeiſter wird bald da ſeyn, oder, wird nicht lange ausbleiben.

Explicatio Vocabulorum.

Olivarius, ii, 2. *nomen proprium.*
Salvus, a, um, friſch, geſund.
Noæus, i, der Noäus, *nomen proprium.*
Pauliſper, ein wenig, *Adv.*
Ineptulus, i, 2. m. ein Närrlein. Vix, kaum, *Adv.*
Ingredior, ingreſſus ſum, ingredi, hinein gehen.
Iraſcor, atus ſum, iraſci, 3. zürnen.
Exclamo, avi, atum, are, 1. überlaut ſchreyen.
Vah, huy, *Interj.*
Nimium, zu viel, *Adv.*
Sapio, ſapui, ſapitum, ſapere, 3. klug ſeyn.
Eho, poß, *Interj. admirantis.*
Subitus, a, um, gehling, plötzlich.
Mutatio, onis, 3. f. die Veränderung.
Seriò, ernſtlich, *Adv.*

Simu-

Sinjulo, avi, atum, are, 1. ſtellen.
Pauci, æ, a, wenig.
Occurro, occurri, occurſum, occurrere, 3. begegnen, einfallen.
Exarceo, exercui, exercitum, exercere, 2. üben, *Paſſ.* exercor, exercitus ſum, exerceri.

Phraſes.

INgredi ſcholam, in die Schule gehen.
Ditericus vix ſcholam ingreſſus eſt, & jam de ludo loquitur, der Dieterich iſt kaum in die Schule gekommen, und redet ſchon vom Spielen.
Ne iraſcaris mihi quæſo, zürne doch nicht über mich.
Provocare ad iram aliquem, einen zornig machen.
Accuſare aliquem alicujus rei, einen anklagen wegen einer Sache; furti, des Diebſtals.
Nimium ſapis, du biſt zu klug.
Repetere reddenda Præceptori, wiederholen was man dem Lehrmeiſter ſoll aufſagen.
Simulare *probitatem*, ſich fromm ſtellen.
Simulare morbum, ſich kranck ſtellen.
Audire aliquid ex aliquo, von jemand etwas hören.
Non occurrit mihi nunc, es fällt mir jetzt nicht ein.
Exercere ſe in lingua latina, ſich üben in der Lateiniſchen Sprach.
Habeo tibi gratiam, ich ſage dir Danck.
Præceptor brevi aderit, der Lehrmeiſter wird bald da ſeyn, aderit *opinione citius*, eher als man meynet, wird er zugegen ſeyn.

COLLOQ. LI.

OLIVARIUS, PAULUS.

VIsne venire mecum? wilt du mit mir kommen? P. Quo properas? wo eileſt du hin? O. Ad lacum, zum See. P. Quid eò? was da zu thun? O. Lotum pedes, die Füße zu waſchen. P. I, gehe hin, ſanè, gewißlich, non opus eſt mihi nunc lotione, ich habe des Waſchens jetzt nicht vonnöthen. O. Sed, aber, interim, unterdeſſen, fabulabimur, wollen wir

wir ein wenig miteinander reden, (ſchwätzen.) P. Ne quidem velim fabulari nunc, ich mag auch jetzt nicht reden. O. Atqui confabulatio utilis eſt, das Schwätzen, oder, Geſpräch halten, iſt gleichwol nützlich, duntaxat, nur, de rebus honeſtis, von ehrlichen Dingen. P. At, aber, exercitatio corporis, die Leibes-Ubung, eſt utilior mihi, iſt mir nützlicher, ad valetudinem, zur Geſundheit. O. Quid ſi manſero tecum? wie, wann ich bey dir bleibe? P. Facies prudenter, du wirſt klüglich (weißlich) handeln; & nos colludemus, und wir wollen miteinander ſpieſen, pila palmaria, mit dem Hand-Ball. O. Deus bene vertat, GOtt gebe Glück zu, maneo, ich bleibe da. P. Alias, auf ein ander mal, ibo tecum, wil ich mit dir gehen, una lotum, uns miteinander zu baden, (waſchen) quum ſcilicet erit, wenn wir haben, ſpatium longius, eine längere Weile, temporis, der Zeit, das iſt, wenn wir länger Zeit haben. O. Igitur, derohalben, accingamus nos, laſſet uns rüſten, ad ludum, zum Spieſen. P. Nulla eſt in me mora, ich verhindere es nicht.

Explicatio Vocabulorum.

Lacus, us, 4. m. ein See, Teich, *Dat. Plur.* lacubus.
Ex lavo, fit lavi, lautum, lotum, atque lavatum, 1. waſchen, baden.
Pes, pedis, 3. m. ein Fuß, *Plur.* pedes, pedum.
Lotio, onis, 3. f. Waſchung.
Opus, nöthig, vonnöthen, *Indecl nom. Adj.*
Fabulor, atus ſum, ari, 1. ſchwätzen, plaudern.
Atqui, aber, *Conj.*
Confabulatio, onis, 3. f. Zuſammenredung.
Duntaxat, nur, *Adv.*
Valetudo, valetudinis, 3. f. Geſundheit.
Exercitatio, onis, 3. f. Ubung.
Prudenter, weißlich, *Adv.*
Nuntiare alicui aliquid, jemand etwas verkündigen.
Frater exſpectat me præ foribus, der Bruder wartet auf mich vor der Thür.
Intromittere aliquem in ædes, jemand in das Hauß laſſen.
Feſtinatione urgetur, er muß eilen, urgetur anguſtiis, er iſt in Nöthen, urgere jus ſuum, auf ſein Recht treiben.
Convenire aliquem, zu jemand kommen, jemand beſuchen.
Convenire aliquem paucis, ein wenig mit jemand reden.
Cura, quamprimùm huc adſis, mache, daß du bald wieder da ſeyeſt.

COLLOQ. XXIX.

LUCIUS, PRÆCEPTOR.

PRæceptor, Lehrmeiſter, licétne mihi adire tutorem, darf ich zu meinem Vormund gehen? P. Quæ cauſa movet te, was treibet oder beweget dich dazu? L. Ille juſſerat, er hatte befohlen, ut convenirem ſe hodie, daß ich heute ſoll zu ihm kommen, ſi liceret per otium, wann ich der Weil hätte. P. Quando juſſerat? wann hatte er es befohlen? L. Nudius tertius, vorgeſtern. P. Ubi vidiſti illum? wo haſt du ihn geſehen? L. In area, im Hofe, quæ eſt, welcher iſt, è regione templi, gegen der Kirche über. P. At, aber, vide, ne mentiaris, ſiehe zu, daß du nicht lügeſt. L. Mendacium abſit à me, die Lüge ſey ferne von mir. Si vis, ſo ihr wolt, dabo teſtes ex

Digitized by Google

ex condiſcipulis, wil ich Zeugen beybringen von meinen Mitſchülern, qui aderant mecum, welche mit mir da geweſen ſind. P. Qui ſunt illi? welche ſind die? L. Daniel & Corberius, der Daniel und Corberius: viſne ut accerſam eos, wollt ihr, daß ich ſie ruffen ſoll? P. Mane, bleib, ego conveniam illos, ich wil ſelbſt mit ihnen reden. Sed dic, aber ſage, quid tutor eget operâ tua? was bedarf der Vormund deiner Hülffe? L. Ad deſcribendum aliquid, etwas abzuſchreiben. P. Quâ igitur horâ vis adire illum? wann wilt du dann zu ihm gehen? L. Nunc, jetzund, ſi placet tibi, ſo es euch gefällt. P. Quando huc redibis? wann wilt du wieder herkommen? L. Quamprimùm dimiſerit me, ſo bald er mich wird gehen laſſen. P. Abi nunc, gehe nun hin, atque dic illi ſalutem plurimam, und grüße ihn, ex me, meinet wegen. L. Faciam libenter, ich wil es gerne thun.

Explicatio Vocabulorum.

Tutor, oris, 3. m. ein Vormund.
Nudius tertius, vorgeſtern, *Adv.*
Regio, onis, 3. f. eine Landſchaft, è regione, gegen über, ponitur tanquam Adverbium in oratione.
Corberius, ii, 2. m. der Corberius, *nomen proprium.*
Adeo, adii, aditum, adire, 4. hingehen.
Dimitto, dimiſi, dimiſſum, dimittere, fahren laſſen, gehen laſſen.

Phraſes.

Quæ cauſa movit te, ut adires tutorem? was hat dich bewogen zu deinem Vormund zu gehen?
Pater juſſit, ut ſe convenirem, der Vater hat mir befohlen, ich ſoll zu ihm kommen.
Non licet mihi per otium, ich habe die Zeit nicht.
E regione templi, gegen der Kirche über.
Vide, ne mentiaris, ſiehe zu, daß du nicht lügeſt.
Dare teſtes ex condiſcipulis, Zeugen beybringen von den Mitſchülern.

Tutor meus eget opera mea, mein Vormund brauchet meiner, ad describendum aliquid, etwas abzuschreiben.
Dic sorori tuæ ex me salutem plurimam, grüsse deine Schwester von meinethalben freundlich.
Saluta tuum Dominum Præceptorem meo nomine, (meis verbis,) grüsse deinen Herrn Lehrmeister von meinetwegen.

COLLOQ. XXX.

MARCUS, PRÆCEPTOR.

PRæceptor, Lehrmeister, licetne, ut ego & patruelis eamus domum, darf ich und mein Vetter nach Hauße gehen? P. Quid eo? was da zu thun? M. Ad nuptias consobrinæ, zu unserer Baasen Hochzeit. P. Quando nuptura est? wann wird sie Hochzeit halten? (sich verheyrathen?) M. Die crastino, morgendes Tages. P. Cur vultis ire, warum wollt ihr gehen, tam citò? so bald? M. Ut mutemus vestimenta, daß wir andere Kleider anziehen. P. Per me licet eatis, meinethalben möget ihr gehen, tamen, doch, lege hâc, mit dem Beding, ut crās redeatis huc cubitum, daß ihr morgen hieher kommt zu schlafen. M. Quid si patruus volet, wie, wann der Vetter will, ut exspectemus repotia, daß wir die Nachhochzeit erwarten sollen? P. Satis scio, ich weiß wohl, non detinebit vos, er wird euch nicht aufhalten, dummodo dicatis ei, wann ihr nur zu ihm saget, lege quâ, mit was für einem Beding, dimiserim vos, ich euch habe gehen lassen. M. Fatebimur verum, wir wollen die Wahrheit bekennen. P. Abite, gehet hin, & cavete, und hütet euch, ab intemperantia omni, für aller Unmäßigkeit: faciteque, und machet, ut lux vestra luceat, daß euer Licht leuchte, coram omnibus, vor allen, unde glorificetur, daß gepriesen werde, pater ille noster cœlestis, unser himmlischer Vater. M. Ita speramus quidem, so

hoffen

Digitized by Google

hoffen wir zwar, fore, daß es geſchehen werde, ipſo adjuvante nos in omnibus, wann er uns hilft in allem, (wann er unſer Beyſtand iſt in allem.)

Explicatio Vocabulorum.

PAtruelis, is, 3. m. ein Vetter; patrueles, zweyer Brüder Kinder.
Nuptiæ, nuptiarum, 1. f. *Plur. Num. tantùm*, die Hochzeit.
Conſobrina, æ, 1. f. der Mutter Schweſter Tochter, oder Baaſe.
Nubo, nupſi, nuptum, nubere, freyen, einen Mann nehmen, *regit Dat.*
Repotia, orum, 2. n. *Plur. num. tantùm*, Nachhochzeit.
Detineo, detinui, detentum, detinere, 2. aufhalten.
Intemperantia, æ, 1. f. die Unmäßigkeit.
Luceo, luxi, lucere, 2. ſcheinen, leuchten.
Glorifico, avi, atum, are, 1. preiſen, rühmen, *Paſſ.* glorificor, atus ſum ari.

Phraſes.

IRe ad nuptias, zur Hochzeit gehen, *Facere, parere, adornare, apparare nuptias*, Hochzeit machen.
Nubere alicui, dicitur fœmina vel virgo, die einem geehlicht wird, quandoque etiam de viris.
Soror tua nupſit fratri meo, deine Schweſter hat meinen Bruder geheyrathet, conjuncta eſt cum fratre meo.
Nubere in familiam claram, in ein vornehm Geſchlecht heyrathen. Ducere vel aſſumere aliquam in matrimonium, jungere ſibi matrimonio, zur Ehe eine nehmen.
Mutare veſtimenta, andere Kleider anziehen, calceos, andere Schuhe anziehen.
Hac lege dimitto vos, ut maturetis reditum, mit dem Beding laß ich euch gehen, daß ihr bald wieder kommet.
Cavete vobis ab omni intemperantia, hütet euch für allem Uberfluß im Eſſen und Trincken.
Glorificare aliquem, jemand rühmen und preiſen.

COLLOQ. XXXI.

MARTIUS, PRÆCEPTOR.

PRæceptor, Lehrmeiſter, licetne exire, iſt mir erlaubt hinaus zu gehen? P. Quæ tibi eſt cauſa exeundi? warum wilt du hinaus gehen? M. Ut quæram aliquem, daß ich jemand ſuche, in foro, auf dem Marckt, ex noſtratibus, von den Unſrigen, oder, ob jemand von unſern Leuten auf dem Marckt ſey. P. Quid opus eſt iſtud? was iſt das vonnöthen? M. Volo mandare illi, ich wil ihm anbefehlen, ut admoneat meos, daß er meine Leute ermahne, de pane mihi aut adferendo, daß ſie mir entweder Brod bringen, aut mittendo, oder ſchicken. P. Ubi panis deficit, wo es an Brod mangelt, illic omnia ſunt venalia, da iſt alles feil. M. Iſtud eſt, das iſt, proverbium vulgatum apud nos, ein gemein Sprichwort bey uns. P. Imò, ja, ubique pervulgatum, gemein an allen Orten: adeò panis neceſſarius eſt, ſo nothwendig iſt das Brod, vitæ mortalium, dem menſchlichen Leben. Sed ad rem, aber zur Sache: tu vis nunc prodire, du wilt jetzt hinaus gehen? M. Præceptor, Lehrmeiſter, ſi placet tibi, ſo es euch gefällt: ne amittam, daß ich nicht verſäume, occaſionem negotii mei, die Gelegenheit mein Geſchäft zu verrichten. P. Abi, gehe hin, & feſtina redire, und eile, daß du wieder kommeſt. M. Equidem, fürwahr, dabo operam, ich wil Fleiß anwenden.

Explicatio Vocabulorum.

NOſtras, noſtratis, 3. n. der, die, das Unſrige.

Deficio, defeci, defectum, deficere, 3. abnehmen, mangeln.

Vulgarus, a, um, gemein, ausgeſprengt, pervulgatus, a, um, ſehr gemein, vulgo, avi, atum, are, 1. ausgeben, ausbreiten.

Mortalis, is, 3. m. ein Menſch; mortalis, e, ſterblich.

Phra-

Phraſes.

QUæ tibi eſt exeundi cauſa, warum wilt du hinaus gehen? Quid cauſæ eſt, quod exire velis?

Ibo in forum quæſitum aliquem ex noſtratibus, ich will auf den Marckt gehen jemand zu ſuchen von den Unſrigen.

Admone meos de mittendo mihi pane; (ut mittant mihi panem,) erinnere doch meine Leute, ſie ſollen mir Brod ſchicken.

Ubi panis deficit, omnia ſunt illic venalia, wo es an Brod fehlet, da iſt alles feil.

Proverbium hoc ubique pervulgatum eſt, diß iſt überall ein bekanntes Sprichwort. Sermo vulgaris, eine gemeine Rede.

Amittere occaſionem negotii ſui, die Gelegenheit, ſeine Geſchäfte zu verrichten, verſäumen.

Feſtina redire ante prandium, eile, daß du vor dem Mittageſſen wieder da ſeyeſt.

Feſtinare ad locum, in locum, an einen Ort eilen.

COLLOQ. XXXII.

MICHAEL, PRÆCEPTOR.

PRæceptor, Lehrmeiſter, licetne mihi prodire, iſt mir erlaubt hinaus zu gehen? P. Quæ tibi eſt cauſa prodeundi? warum wilt du hinaus gehen? M. Eundum eſt mihi ad forum, ich muß auf den Marckt gehen. P. Quid eo? was da zu thun? M. Ut emam corium, daß ich Leder kauffe. P. In quem uſum? worzu? M. Ad ſolcas calceorum, zu Schuhſolen. P. Quis adjuvabit te in emtione? wer wird dir helffen kauffen? M. Oppidanus quidam, einer aus der Stadt, cui pater meus mandavit hoc, welchem mein Vater diß befohlen hat. P. Debueras adire mecum, du hätteſt ſollen mit mir gehen, cum cæteris, mit den andern, qui prodierunt ad forum, welche auf den Marckt ſind gegangen. M. Eram occupatus, ich hatte zu thun? P. Qua in re? was? M. Inſcribendis literis, Briefe zu ſchreiben, ad patrem,

trem, an den Vater. P. Quando dabis eas? wann wilt du sie fort schicken? M. Hodie, heut, si quem offendero nostratem, so ich jemand antreffe von den Unsrigen, in foro, auf dem Marckt. P. Abi, gehe hin, & memineris adesse, und gedencke, daß du da seyest, ad horam solitam, zu rechter Stunde. M. Meminero, ich wil es eingedenck seyn.

Explicatio Vocabulorum.

Corium, ii, 2. n. Leder.
Solea, soleæ, f. f. Schuhsolen, Pantoffeln, item, Hufeisen.
Emtio, onis, 3. f. Kauffung.
Oppidanus, i, 2. m. ein Stadtmann, einer der in der Stadt wohnet; oppidum, i, 2. n. eine Stadt; oppidulum, ein Städtlein.
Occupatus, a, um, geschäftig.
Solitus, a, um, gewöhnlich.

Phrases.

Eundum est mihi in forum, ich muß auf den Marckt gehen; oportet me ire in forum.
Emere corium ad soleas calceorum, Leder kauffen zu Schuhsolen.
Juva me in emtione corii, hilff mir Leder kauffen.
Offendere aliquem, jemand antreffen, erzürnen.
Adesse ad horam solitam, zu rechter Stunde wieder da seyn.

COLLOQ. XXXIII.

Nicolaus, Præceptor, Nicomachus & Mœus, Pueri.

PRæceptor, Lehrmeister, licetne cras ire domum? darf ich morgen nach Hauße gehen? P. Quid eo? was da zu thun? N. Petitum panem, Brod zu holen. P. Non restat tibi? hast du keines mehr? N. Restat quidem, ich habe zwar übrig, sed, aber, parum admodum, sehr wenig. P. Quid frater? wie

dein

dein Bruder? eſtne iturus tecum, wil er mit dir gehen? N. Pater juſſit, der Vater hat es befohlen. P. Quando conveniſti illum, wann biſt du zu ihm kommen? N. Die Jovis, am Donnerſtag, quum veniſſet in hanc urbem, da er in dieſe Stadt kommen iſt. P. Ubi vidiſti illum? wo haſt du ihn geſehen? N. Apud forum, auf dem Marckt. P. Non mentiris? lügeſt du nicht? N. Non mentior, ich lüge nicht. P. Unde probabis? woher wilt du es beweiſen? N. Sunt ex condiſcipulis, ſc. *meis* hic quidam, es ſind aus meinen Schul-Geſellen etliche hier, qui aderant, welche dabey waren. P. Qui tandem? welche doch? N. Adſunt Nicomachus & Noæus, es ſind da der Nicomachus und Noæus. P. Pueri, ihr Knaben, eſtne verum? iſt es wahr? Pu. Omninò verum, es iſt freylich wahr? P. Qui ſcitis? wie wiſſet ihrs? Pu. Vidimus patrem ejus, wir haben ſeinen Vater geſehen, & audivimus verba ipſa, und ſeine Worte ſelbſt gehöret. P. Si ita eſt, wenn dem alſo iſt, permitto, laß ich es zu, ut eas domum, daß du nach Hauß geheſt, cum fratre, mit deinem Bruder. N. Præceptor, Lehrmeiſter, vale, gehabt euch wohl. P. Dominus Deus ſervet vos, GOtt der HErr wolle euch bewahren. N. Precamur tibi idem, wir wünſchen euch eben daſſelbe, ex animo, von Hertzen. P. Sed heus, aber höret, quando huc aderitis, wann wollt ihr wieder hier ſeyn? N. Die craſtino, morgendes Tages, veſperi, zu Abend, Deo juvante, wills GOtt. P. Cura, verſchaffe, ut memineris promiſſi, daß du halteſt dein Verſprechen N. Curabo, ich wil mich befleißigen. P. Scilicet, ja, ut ſoles, wie du pflegſt, (wie dein Brauch iſt.) N. Imò, ja, ſpero melius, ich hoffe es beſſer. Nunquid vis? wolt ihr was weiter? P. Ut dicas ſalutem parentibus, ſcil. *tuis*, daß du deine Eltern

grüſſeſt, verbis meis, in meinem Namen. N. Faciam libenter, ich wil es gerne thun, Præceptor, Lehrmeiſter, iterum vale, gehabt euch noch einmahl wohl. P. Vos, ihr, valete quoque, gehabt euch auch wohl: & ambulate, und gehet, gradu lento, langſam, propter æſtum ſolis, wegen der Sonnen-Hitze. N. Ita ſolemus facere, ſo pflegen wir zu thun.

Explicatio Vocabulorum.

REſto, reſtiti, reſtitum, reſtare, 1. übrig ſeyn.
Parùm, wenig, *Adv.*
Admodùm, ſehr, *Adv.*
Jupiter, Gen. Jovis, Jupiter, der Heyden Abgott Jupiter.
Nicomachus, i, 2. m. der Nicomachus, *nomen proprium.*
Noæus, i, 2. m. der Noäus, *nomen proprium.*
Omninò, allerdings, *Adv.*
Veſperi, zu Abends, auf den Abend, *Adv.*
Promiſſum, i, 2. n. ein Verſprechen.
Gradus, ûs, 4. m. eine Staffel, Schritt.
Æſtus, ûs, 4. m. die Hitze.

Phraſes.

NOn reſtat mihi panis, ich habe kein Brod übrig.
Mentiri non eſt viri boni, einem ehrlichen Mann ſtehet es nicht an, daß er lüge; *mendacem oportet eſſe memorem*, ein Lügner muß ein gut Gedächtniß haben.
Permitto, ut eatis domum, ich erlaube euch nach Hauſe zu gehen.
Precari ex animo, von Hertzen wünſchen.
Meminiſſe promiſſi, eingedenck ſeyn des Verſprechens.
Dic verbis meis conterraneo (civi) tuo ſalutem, grüſſe deinen Landsmann von meinetwegen.
Ambulare lentô gradu propter æſtum ſolis, wegen der Hitze langſam gehen.

COLLOQ. XXXIV.

OBERTUS, PRÆCEPTOR.

PRæceptor, Lehrmeiſter, licétne prodire? darf ich hinaus gehen? P. Quam ob rem? warum? O. Ut

Ut emam', daß ich kauffe, cultellos menſarios, Tiſch-Meſſerlein. P. Ubi ſunt, wo ſind die, quos habebas, welche du hatteſt? O. Reliqui domi, ich habe ſie zu Hauße gelaſſen. P. Quid ita? wie ſo? O. Quia jam erant obtuſi, weil ſie ſchon ſtumpf waren, & inutiles, und unnützlich, (untauglich.) P. Habesne pecuniam, haſt du Geld, ad emendos alios? andere zu kauffen? O. Mater dedit mihi, die Mutter hat mir gegeben. P. Quis erit adjutor, wer wird der Gehülffe ſeyn, ad emendum, zum Kauffen, oder, wer wird dir helffen kauffen? O. Gerardus, der Gerhard. P. Ita ſane, gehet hin, & cavete, und hütet euch, ne imponatur vobis, daß man euch nicht betrüge. O. Cavebimus, wir wollen uns hüten, Deo juvante, mit der Hülffe GOttes. P. Juvat quidem omnes, er hilft zwar allen, ſed potiſſimum eos, aber denen inſonderheit, qui referunt omnia, die alles richten, ad honorem ejus, zu ſeinen Ehren.

Explicatio Vocabulorum.

Menſarius, a, um, das zum Tiſch gehöret.
Obtuſus, a, um, ſtumpff, nicht ſcharff.
Adjutor, oris, z. m. ein Helffer.
Impono, impoſui, impoſitum, imponere, z. betrügen, aufſetzen, hinc, imponitur, man betrüget, *Imperſ.*

Phraſes.

Emi cultellos menſarios dimidio floreno, ich habe Tiſch-meſſerlein gekaufft um einen halben Gülden. Emiſti magni, [illegible] maxiini, du haſt es theuer, theurer, am theuerſten gekaufft
Cultellus meus obtuſus eſt & inutilis, mein Meſſer iſt ſtumpf und [illegible] bar
Eſto [illegible] Gerarde, adjutor ad emendos cultros, Gerhard, hilff [illegible] Meſſer kauffen
Impo[illegible]alicui, jemand betrügen, nomen, einen Namen geben.
Cave[illegible]ne imponatur vobis, ſehet zu, daß euch niemand betrüge.
Refer[illegible]omnia ad honorem Dei, alles zu GOttes Ehre thun.

COLLOQ. XXXV.

ORONTIUS, PRÆCEPTOR.

LIcètne exire? darf ich hinaus gehen? P. Quò? wohin? O. Ad ſartorem, zum Schneider. P. Quid eo? was da zu thun? O. Ut metiatur mihi tunicam faciendam, daß er mir einen Rock zu machen anmeſſe. P. Quæ tibi eſt materia? was haſt du für Zeug? O. Pannus niger, ſchwartz Tuch. P. Ubi eſt? wo iſt es? O. In arca mea, in meiner Kiſte. P. Autem, aber, quis eſt tibi ſartor? wer iſt dein Schneider? O. Petrus Sylvius, der Peter Sylvius. P. Eſtne artifex peritus? iſt er ein erfahrner Handwercksmann, (verſtehet er ſein Handwerck wohl?) O. Sic audivi, ſo habe ich gehört, & eſt notus patri meo, und er iſt meinem Vater bekannt, qui juſſit, ut adirem illum, welcher mich hat heiſſen zu ihm gehen. P. Ubi habitat? wo wohnet er? O. In vico xenodochii, in der Spital-Gaſſe. P. Non nimis longè eſt, es iſt nicht gar weit, cave diſcurras, *id eſt*, ne diſcurras, hüte dich, daß du nicht herum laufeſt. O. Cavebo, ich wil mich hüten. P. Qui me nunquam fallunt, die mich nimmer betrügen, impetrant facilè veniam, erlangen leicht Urlaub, à me, von mir. O. Deus avertat, da behüte GOtt für, ut fallam unquam, daß ich jemahls betrügen ſolle.

Explicatio Vocabulorum.

METior, menſus ſum, metiri, 4. meſſen.
Materia, æ, 1. f. Materie, Zeug.
Arca, æ, 1. f. eine Kiſte.
Sylvius, ii, 2. m. der Sylvius, *Nomen Propr.*
Artifex, artificis, 3. m. ein Künſtler, Handwercksmann, ſed, artifex, künſtlich, g. o.
Vicus, i, 2. m. die Gaſſe.
Diſcurro, diſcurri, diſcurſum, diſcurrere, 3. herum lauffen.
Averto, averti, averſum, avertere, 3. abwenden.
Unquam, jemals, *Adv.*

Phra-

Phraſes.

SArtor menſus eſt mihi tunicam faciendam; der Schneider hat mir einen Rock angemeſſen.

Metiri magnitudinem alicujus rei, eines Dinges Gröſſe meſſen, *inire menſuram rei*, *agere menſuram alicujus rei*, idem.

Metiri frumentum, Getreyd meſſen, *oculo aliquid*, Augenmaß nehmen, *pedibus aliquid*, nach Schuhen meſſen, pede ſuo ſe, ſich nach ſeinen Kräften oder Vermögen richten, (ſich ſtrecken nach ſeiner Decke.)

Quæ tibi eſt materia veſtimenti? was haſt du für Zeug zu deinem Kleid?

Quis tibi ſartor eſt? wer iſt dein Schneider.

Artifex peritus, ein erfahrner (kunſtreicher) Handwercksmann; peritus linguæ Græcæ, erfahren in der Griechiſchen Sprache.

Pater juſſit, ut adirem ſartorem in vico xenodochii habitantem, der Vater hat mich heiſſen zum Schneider gehen, der in der Spital-Gaſſe wohnet; juſſit me ſcribere, hat mich heiſſen ſchreiben.

Cave, diſcurras, hüte dich, daß du nicht herum lauffeſt; cave, dicas, *id eſt*, ne dicas, hüte dich, daß du es nicht ſageſt.

Avertere hoſtem ab aliquo, den Feind von einem abtreiben.

Avertere culpam in alterum, einem andern die Schuld geben.

COLLOQ. XXXVI.

ORESTES, PRÆCEPTOR.

PRæceptor, Lehrmeiſter, licetne prodire? darf ich hinausgehen? P. Quo cupis prodire? wo wilt du hinaus gehen? O. Ad ſartorem, zum Schneider. P. Quid eò? was da zu thun? O. Petitum femoralia, meine Hoſen zu holen. P. Jamne facta ſunt? ſind ſie ſchon gemacht? O. Sunt, opinor, ja, ſie ſind gemacht, wie ich meyne. P. Rectè dicis, du ſageſt recht, (opinor, wie ich dafür halte,) quia eſt res incerta, weil es ein ungewiß Ding iſt. O. Atqui promiſerat mihi, er hat mir es gleichwohl verſprochen, in hunc diem, auf heut dieſen Tag. P.

igitized by Google

Quid ſi fallat, wie wann er dich betrügt? (ſein Wort nicht hält?) O. Nihil mirum fuerit, das würde kein Wunder ſeyn. P. Nunc quoque vere locutus es, nun haſt du auch die Wahrheit geredt. Nam, dann, artifices, die Handwercksleute, præſtant rarò fidem, halten ſelten Treu und Glauben, ad tempus promiſſum, auf die verſprochene Zeit. O. Præceptor, Lehrmeiſter, viſo tamen, ich gehe doch hin zu ſehen, ſi permittis mihi, ſo ihr es mir zulaſſet, (erlaubet.) P. Nihil impedio, ich verhindere es nicht. O. Præceptor, Lehrmeiſter, nunquid vis? wolt ihr was weiter? P. Imò, ja, ut properes, daß du eileſt, ne deſis prælectioni, daß du nicht von der Lection bleibeſt. O. Bene mones, ihr erinnert mich wohl, abeo, ich gehe hin.

Explicatio Vocabulorum.

PRodeo, prodivi, & prodii, proditum, prodire, 4. herfürgehen.
Cupio, cupivi, cupitum, cupere, 3. begehren.
Femoralia, ium, 3. n. Hoſen, *Plur. num.*
Opinor, atus ſum, ari, 1. meynen.
Nunquis, nunqua, nunquod *vel* nunquid? iſt jemand? oder jemands?

Phraſes.

PRodibo ad ſartorem petitum femoralia, ich will zum Schneider gehen, und meine Hoſen holen.
Promiſit mihi ſartor ſe hodie confecturum eſſe mihi femoralia, der Schneider hat mir verſprochen, er wolle mir heute die Hoſen machen, verùm non ſtetit promiſſis, aber er hat ſein Wort nicht gehalten.
Rarò ad promiſſum tempus fidem præſtant artifices, die Handwercksleute halten ſelten ihr Wort auf die verſprochene Zeit.
Præſtare fidem, Treu und Glauben halten.
De eſſe prælectioni, nicht bey der Lection ſeyn.

COLLOQ. XXXVII.

PAULUS, PRÆCEPTOR.

PRæceptor, Lehrmeiſter, licètne prodire, darf ich hinausgehen? P. Quò? wohin? Pa. Primùm, erſtlich, ad ſartorem, zum Schneider, deinde, darnach, ad tonſorem, zum Barbierer. P. Cur ad ſartorem? warum zum Schneider? Pa. Ut curem tibialia reficienda, daß ich meine Strümpffe laſſe flicken. P. Suntne lacerata? ſind ſie zerriſſen? Pa. Adeò lacerata, ſo zerriſſen, ut vix poſſim induere, daß ich ſie kaum kan anziehen. P. Cur ad tonſorem? warum zum Barbirer? Pa. Ut oſtendam illi, daß ich ihm zeige, ulcus, das Geſchwär, quod ſubortum eſt mihi, welches ich bekommen habe, his diebus, dieſer Tagen, in femore, an der Hüfte. P. Detege, decke es auf, ut videam, daß ich es ſehe. Pa. Vide, ſehet, quando ita placet, ſcil. *tibi*, weil es euch ſo gefällt. P. Eſt furunculus, es iſt ein hitziges Blätterlein. Pa. Ita conjiciebam, ſo urtheilete ich. P. Quum aperueris tonſori, wenn du es dem Barbirer entdecket haſt, roga illum, ſo bitte ihn, ut adhibeat emplaſtrum, daß er dir ein Pflaſter gebe, aptum ulceri, welches dem Geſchwär dienlich. Pa. Faciam, ich will thun, quod ſuades, wie ihr rathet. P. Sed, aber, numquis eſt, iſt jemand, qui velit prodire tecum, der mit dir will hinausgehen? Pa. Imò, ja, Johannes Fluvianus, der Johannes Fluvianus. P. Quod habet negotium? was hat er zu thun? Pa. Vult quoque adire tonſorem, er will auch zum Barbirer gehen. P. Ite igitur unà, ſo gehet dann miteinander, & redite ſimiliter, und kommt zugleich wieder. Pa. Nunquid vis præterea? wolt ihr was weiter? P. Ut maturetis reditum, daß ihr bald wieder kommt, ne multemini merenda veſtra,

ſtra, daß ihr nicht geſtraft werdet um euer Veſper-Brod.

Explicatio Vocabulorum.

PRimùm, erſtlich, *Adv.*
Tonſor, oris, 3. m. ein Barbierer, à tondeo, totondi, tonſum, tondere, 2. ſchären.
Tibiale, is, 3. n. ein Strumpff.
Reficio, refeci, refectum, reficere, 3. wieder machen, *Paſſ.* Reficior, refectus ſum, refici. *Fut. Part.* Reficiendus, a, um.
Lacero, avi, atum, are, 1. zerreiſſen. *Paſſ.* Laceror, atus ſum, ari; laceratus, a, um, zerriſſen.
Suborior, ſubortus ſum, ſuboriri, 4. entſtehen.
Detego, detexi, detectum, detegere, 3. aufdecken.
Furunculus, i, 2. m. ein hitziges Blätterlein, item, kleiner Dieb.
Conjicio, conjeci, conjectum, conjicere, 3. abnehmen, muthmaſſen.
Emplaſtrum, i, 2. n. ein Pflaſter.
Reditus, ûs, 4. m. die Wiederkunft.
Multo, avi, atum, are, 1. eine Buß auflegen, ſtraffen, &, multor, atus ſum, ari, 1. *Deponens*, idem quod mulctare, 1. Multa vel mulcta, 1. f. eine aufgelegte Straffe.

Phraſes.

CUrare tibialia reficienda, die Strümpffe flicken laſſen.
Femoralia mea adeò lacerata ſunt, ut vix induere poſſim, meine Hoſen ſind ſo zerriſſen, daß ich ſie kaum kan anziehen.
Ulcus ſubortum eſt mihi his diebus in femore, ich habe dieſer Tagen ein Geſchwür bekommen an der Hüfte.
Conjicio eſſe furunculum, ich muthmaſſe, es ſey ein hitziges Blätterlein.
Aperire alicui aliquid, einem etwas entdecken, animum ſuum alicui, einem ſein Gemüth entdecken, caput, den Hut abnehmen, alicui, für jemand.
Emplaſtrum ulceri aptum adhibere, ein gutes Pflaſter auflegen.
Maturate reditum, kommt bald wieder.
Multari re aliqua, um etwas geſtraft werden.
Multare morte aliquem, einen am Leben ſtraffen, mulctam petere, auf eines Straf dringen.

COL-

COLLOQ. XXXVIII.

PETREJUS, PRÆCEPTOR.

PRæceptor, Lehrmeiſter, licetne mihi exire? darff ich hinausgehen? Pr. Quo eundum eſt tibi? wo muſt du hingehen? Pe. Ad tonſorem, zum Barbierer. Pr. Non eſt tibi negotium aliud? haſt du nichts anders zu thun? Pe. A tonſore, vom Barbirer, volo ire emtum, wil ich hingehen zu kauffen, ligulas, Neſteln; illinc, von dannen, conferre me, mich begeben, ad ſutorem, zum Schuſter. Pr. Cur ad ſutorem? warum zum Schuſter? Pe. Ut annectat corrigiam, daß er einen Schuhriemen anheſte, uni ex calceis meis, an meiner Schuh einem. Pr. Quando confeceris iſta omnia? wenn wirſt du diß alles verrichtet haben? Pe. Intra ſpatium horæ, in einer Stund, ut ſpero, wie ich hoffe. Pr. Erunt fortaſſe multi exſpectantes, es werden vielleicht viele warten, in tonſtrina, in der Barbirer Stube. Pe. Poteſt fieri, es kan ſeyn: ſed, aber, ſi videro, wenn ich ſehe, morandum eſſe mihi illic diutius, daß ich länger da warten muß, exſpectabo, wil ich warten, in diem Sabbathi, biß auf den Sonnabend. Pr. Eſtne alius, iſt jemand anders, qui velit prodire, der da wolle hinaus gehen? Pe. Pontanus ait, der Pontanus ſagt, ſe velle emere calamum, er wolle eine Feder kauffen. Pr. Scisne eſſe opus illi, weiſt du, daß ers bedarf? Pe. Scio, ich weiß es. Pr. Ite igitur unà, ſo gehet dann miteinander: uterque curate diligenter, ein jeder verrichte fleißig, negotium ſuum, ſein Geſchäfte, nec ſitis ceſſatores, und ſeyd keine Träntler. Pe. Cavebimus, wir wollen uns hüten, Deo juvante, mit der Hülffe GOttes.

Explicatio Vocabulorum.

Ligula, æ, 1. f. eine Neſtel.
Annecto, annexui, & annexi, annexum, annectere, 3. anknüpffen.
Corrigia, æ, 1. f. ein Gürtel oder Riemen.
Spatium, ii, 2. n. eine Weite.
Tonſtrina, æ, 1. f. eine Barbir-Stube.
Moror, atus ſum, morari, 1. verweilen.
Sabbathum, i, 2. n. der Sonnabend, Sabbath.
Calamus, i, 2. m. eine Feder.
Ceſſator, oris, 3. m. ein Träntler, Verweiler, à ceſſo, avi, atum, are, 1. verweilen.
Caveo, cavi, cautum, cavere, hüten, *Paſſ.* Caveor, cautus ſum.

Phraſes.

Eundum eſt mihi ad tonſorem, ich muß zum Barbierer gehen.
Conferre ſe ad ſutorem, ſich zum Schuſter begeben.
Sutor uni ex calceis meis annexuit corrigiam, der Schuſter hat mir an einem meiner Schuh einen Neſtel angenehet.
Conficere negotium ſuum, ſeine Geſchäfte verrichten; mandatum alicujus, eines Befehl verrichten.
Intra horæ ſpatium hæc omnia confecero, in einer Stunde will ich das alles gethan haben.
Fieri poteſt, ut multi ſint exſpectantes in tonſtrina, es kan ſeyn, daß viele in der Barbirſtube warten.
Morandum eſt mihi hic diu; ich muß hier lange verweilen; morari triduum alicubi, drey Tag an einem Ort verweilen; nihil iſta moror, darnach frage ich nichts; non moror, ich hindere es nicht.
Remorari aliquem, adferre alicui moram, inferre alicui moram, aufhalten, verhinderlich ſeyn.
Exſpectare in diem Sabbathi, warten biß auf den Sonnabend.
Saltem aliquot dies profer, warte, verziehe nur etliche Tage.
Nolite ceſſare, ſäumet euch nicht, ne ſitis ceſſatores.

COL-

Digitized by Google

COLLOQ. XXXIX.

PRÆCEPTOR, PRÆTORIUS, QUINTINUS.

PRæceptor, Lehrmeiſter, licétne pauca? darf ich ein wenig reden? P. Loquere, rede. Pr. Nos duo proponebamus, ſcil. *nobis*, wir beyde nahmen uns für, ſi ita videretur tibi, wann es euch ſo gut dünckte, ire ambulatum foras, hinaus ſpatziren zu gehen, dum cæteri ludunt, indem die andern ſpielen. P. Quò vultis exire? wo wolt ihr hinaus gehen? Pr. In proxima ſuburbana, in die nächſte Luſt-Gärten. P. Autem, aber, quid agetis ambulantes? was wolt ihr thun im ſpatziren? Pr. Tractabimus colloquium aliquod, wir wollen ein Geſpräch anſtellen. P. Sed, aber, de rebus bonis & honeſtis, von guten und ehrlichen Dingen. Pr. Hæc ſerenitas temporis, dieſe luſtige Zeit, &, und, tam pulchra facies terræ, das ſchöne Erdreich, præbebunt nobis, werden uns geben, argumentum aliquod honeſtum, einen ehrlichen Inhalt, oder, ſeine Gelegenheit darzu. P. Nunquam deeſt materia, es mangelt niemals an Materie, laudandi Dei, GOtt zu loben, duntaxat, zum wenigſten, cultoribus ejus veris, ſeinen wahren Verehrern. Pr. Nunquam profectò, fürwahr niemals: ſed, aber, revertamur ad propoſitum, daß wir wieder zum Vorhaben kommen, (auf die vorige Materie,) Præceptor, Lehrmeiſter, permittis nobis, erlaubet ihr uns, prodire extra urbem? aus der Stadt zu gehen? P. Niſi fidelitas veſtra mihi perſpecta eſſet, wenn mir eure Treu und Frömmigkeit nicht wohl bewuſt wäre, &, und, amor verus literarum, die wahre Liebe zum Studiren, oder, daß ihr die Studien liebet, nunquam permitterem, ließ ich es nim-

mer

mer zu: præſertim, inſonderheit, quum adoleſcentes pravi fefellerint me ſæpè, weil böſe Buben mich oft betrogen haben, in genere hoc, hierin. Vos, ihr, prodite igitur, gehet dann hinaus: deinde, darnach, revertimini mature, kommt bey Zeiten wieder, ad cœnam, zum Nachteſſen.

Explicatio Vocabulorum.

CÆteri, æ, a, die andern.
Foras, hinauſſen, *Adv.*
Suburbanum, i, 2. n. ein Gut nahe bey der Stadt gelegen; item, Hauß oder Garten auſſer der Stadt.
Suburbanus, a, um, Vorſtädtiſch.
Serenitas, atis, 3. f. Heiterkeit, Helle.
Præbeo, præbui, præbitum, præbere, 2. geben.
Argumentum, i, 2. n. ein Grund, Beweißthum.
Cultor, oris, 3. m. ein Verehrer, à colo, colui, cultum, colere, 3. verehren.
Perſpectus, a, um, bekannt, à perſpicio, perſpexi, perſpectum, perſpicere, 3. durchſehen, vollkömmlich ſehen und kennen, augenſcheinlich gewahr werden.

Phraſes.

PRopoſueram mihi ire foras ambulatum, ich hatte mir vorgenommen hinaus ſpatziren zu gehen.
Cœli ſerenitas invitat nos ad deambulandum, das ſchöne Wetter reitzet uns zum ſpatziren gehen.
Quid egiſtis ambulantes? was habt ihr gethan im ſpatziren gehen.
Tractare rem aliquam, ein Ding abhandeln, tractiren, nugas tractare, Narrenpoſſen treiben.
Cœlum ſatis ſerenum eſt, es iſt ſchön Wetter, nihil hoc cœlo blandius, nihil amœnius, es könnte kein ſchöner Wetter ſeyn.
Pulchra terræ facies, das ſchöne Erdreich.
Præbere argumentum alicui, einem Anlaß geben, *aures alicui*, einem zuhören, *cauſam*, Urſach geben, *os alicui*, das Maul darhalten, *ſe docilem*, gerne lernen, ſe gratum, ſich danckbar erzeigen.
Nunquam deeſt Dei laudandi materia veris ejus cultoribus, es mangelt den wahren Verehrern GOttes, das iſt, recht frommen Menſchen nimmer an Materie, GOtt zu loben.

Reverti

Digitized by Google

Reverti ad propoſitum, wieder auf die vorige Sache kommen.
Niſi perſpecta eſſet Præceptori mea fidelitas & verus amor literarum, non permiſiſſet mihi prodire extra urbem, wenn dem Lehrmeiſter meine Treu und Eifer zum Studiren nicht bekannt wäre, hätte er mir nicht erlaubt aus der Stadt zu gehen. Perſpicere fidem alicujus, eines Treu erkennen, integritatem alicujus, eines Aufrichtigkeit vernehmen.

COLLOQ. XL.

ROBERTUS, PRÆCEPTOR.

PRæceptor, Lehrmeiſter, licétne nobis prodire? dörfen wir hinausgehen? P. Eſtisne multi, ſind eurer viel, qui vultis prodire, die ihr wolt hinaus gehen. R. Fere omnes, faſt alle. P. Quid hoc ſibi vult? was bedeutet das? R. Eſt hodie mercatus, es iſt heut Marckt: inde fit, daher kommts, ut fere quisquis velit, daß faſt ein jeder wil, emere ſibi aliquid, ſich etwas kauffen. P. Ego nunc ſum occupatior, ich habe jetzt mehr zu thun, quàm ut poſſim cognoſcere, als daß ich erkundigen kan, ſingulorum cauſam prodeundi, die Urſach, warum ein jeder hinausgehen wil: adite igitur, gehet derohalben, ſubdoctorem, zum Unterlehrer, qui cognoſcat, der es erforſche, & ſi vacat, und ſo er der Weil hat, ipſe deducat vos, euch ſelbſt hinführe. R. Præceptor humaniſſime, freundlichſter Lehrmeiſter, agimus gratias, wir ſagen Danck.

Explicatio Vocabulorum.

MErcatus, ûs, 4. m. der Marckt.
Occupatus, atior, occupatiſſimus, ſehr geſchäftig, mit Geſchäften ſehr beladen.
Subdoctor, oris, 3. m. ein Unterlehrer.
Vacat, avit, are, 1. die Weil haben, *verb. Imperſ.*
Humanus, freundlich, humanior, humaniſſimus.

Phra-

Phraſes.

EMere ſibi res multifarias, ſich mancherley Sachen kauffen.
Quæ tibi eſt cauſa prodeundi, was haſt du für Urſach hinaus zu gehen?
Subdoctor nunc eſt occupatior, quàm ut ſingulorum prodeundi cauſam cognoſcere poſſit, der Unterlehrer, hat jetzt mehr zu thun, als daß er von einem jeden kan die Urſach vernehmen, warum er hinaus will
Non vacavit mihi te ducere domum, ich habe nicht der Weil gehabt, dich nach Hauſe zu führen.

COLLOQ. XLI.

RUDOLPHUS, PRÆCEPTOR.

LIcéne prodire? darf ich hinaus gehen? P. Quò? wohin? R. Domum, nach Hauß. P. Hem, poſſ, tam ſæpe itare domum, ſo oft nach Hauß zu gehen. R. Mater juſſerat, die Mutter hat es befohlen, ut ego & frater adiremus ſe hodie, daß ich und mein Bruder heut ſollen zu ihr kommen. P. Cujus rei gratia? weßhalben? R. Ut ancilla excuteret nobis veſtimenta, daß uns die Magd die Kleider ſäubere. P. Quid iſtud? was iſt das? ſuntne vobis pediculi? habt ihr Läuſe? R. Et multi quidem, ja freylich viel. P. Cur non admonuiſtis uxorem meam? warum habt ihr meine Frau nicht daran gemahnet? R. Non auſi ſumus, wir haben nicht gedürft, (wir ſchämen uns.) P. Quaſi verò illa ſit, als wann ſie wäre, uſque adeò difficilis, ſo gar verdroſſen, (wunderlich.) Habet ancillam, ſie hat eine Magd, eâ potiſſimum gratiâ, fürnemlich deßwegen, ut curet munditiem veſtrúm omnium, daß ſie euch alle ſauber halte: nec vos ignoratis illud, und das wiſſet ihr ſehr wohl; ſed, aber, gauderis, ihr freuet euch, dari vobis occaſionem, daß ihr Gelegenheit habt, matris inviſendæ, die Mutter zu beſuchen. Vos igitur manete, bleibt

bleibt ihr mir alſo hier: ego cras curabo. ich wil morgen ſorgen, ut veſtes excutiantur vobis, daß euch die Kleider geſäubert werden. R. Sed, aber, mater objurgabit nos, die Mutter wird uns ſchelten. P. Egomet placabo eam, ich wil ſie ſelbſt ſtillen, quieſcite, ſeyd zu frieden.

Explicatio Vocabulorum.

ITo, avi, atum, are, 1. oft gehen.
Excutio, excuſſi, excuſſum, excutere, ausſchlagen, Paſſ.
Excutior, excuſſus ſum, excuti.
Pediculus, i, 2. m. eine Lauß.
Usque adeò, ſo gar, *Adv.*
Difficilis, ſchwer, verdrießlich, difficilior, difficillimus.
Potiſſimùm, fürnemlich, *Adv.*
Mundities, munditiei, 5. f. Sauberkeit, Reinigkeit.
Objurgo, avi, atum, are, 1. ſtraffen, ſchelten.
Placo, avi, atum, are, 1. verſöhnen.
Quieſco, quievi, quietum, quieſcere, 3. ruhen.

Phraſes.

ITare domum, oft nach Hauſe gehen.
Mater juſſit, ut adirem ſe, die Mutter hat mich heiſſen zu ſich kommen.
Ancilla excuſſit mihi veſtimenta, die Magd hat mir die Kleider geſäubert.
Excutere alicui lacrymas, jemand weinend machen, aliquem ſella, einen aus dem Sattel heben.
Multi fratri tuo ſunt pediculi, dein Bruder hat viel Läuſe, habet multos frater tuus pediculos.
Non auſus fui matrem admonere, ich habe die Mutter nicht dürffen erinnern, de pane, an das Brod.
Uxor Præceptoris difficilis non eſt, des Lehrmeiſters Frau iſt nicht ſeltſam oder verdrießlich.
Ea potiſſimùm gratia parentes habent ancillas, ut curent puerorum munditiem, die Eltern haben fürnemlich deßwegen Mägde, daß ſie die Knaben ſauber halten.
Gaudeo, mihi dari occaſionem inviſendæ matris, *gaudeo, quod mihi detur occaſio inviſendi matrem*, ich freue mich, daß ich Gelegenheit habe, die Mutter zu beſuchen.

Objur-

Objurgare aliquem, jemand ſchelten, ſtraffen, reprehendere.
Placare aliquem, jemand verſöhnen, *iram alicujus*, eines Zorn ſtillen.

COLLOQ. XLII.

ROBERTUS, PRÆCEPTOR.

PRæceptor, Lehrmeiſter, licetne nobis ire ad tonſorem, dörffen wir zum Barbierer gehen? P. Quid eo? was da zu thun? R. Ut tondeamus capillum, daß wir laſſen das Haar abſchneiden. P. Exiretis libenter quotidie ſexies, ihr gienget gerne alle Tage ſechsmal hinaus: quin exſpectatis, warum wartet ihr nicht, in diem craſtinum, biß morgen, ut eatis unà cum cæteris, daß ihr zugleich gehet mit den andern. R. Atqui erit turba, es wird aber ein Getümmel ſeyn, in tonſtrina, in der Barbierſtube, propter forum, weil es Marckt iſt. P. Quid tum? was iſt es dann? Habebitis ſatis otii, ihr werdet Zeit genug haben, ad exſpectandum, zu warten: recipite vos, begebet euch, ad ſtudium, zum Studiren. R. Præceptor, Lehrmeiſter, ut libet, wie es gefällt.

Explicatio Vocabulorum.

TOndeo, totondi, tonſum, tondere, 2. ſcheren.
Sexies, ſechsmal, *Adv.* Quin, h. l. *Adv.*
Turba, æ, 1. f. ein Hauffen.
Tonſtrina, æ, 1. f. die Barbierſtube.
Quid tum? was iſt es dann? *Adv.*
Ut, wie, *Adv.*
Libet, es beliebt mir, libuit, libere, *verb. Imperſ.*

Phraſes.

TOndere capillos, das Haar abſcheren: Boni paſtoris eſt tondere pecus, ſed non deglubere, ein guter Hirt mag ſeine Schaafe ſcheren, aber nicht die Haut abziehen.

Turba

Turba eſt in tonſtrina propter forum, es ſind viel Leute in der Barbirſtube, weil es Marckt iſt.
Satis otii habes ad ſtudendum, du haſt Zeit genug zum ſtudiren, *datur tibi ſatis ſpatii ad excolenda ſtudia.*
Recipite vos ad ſtudium, begebet euch zum ſtudiren, in Muſeum, in die Studirſtube.

COLLOQ. XLIII.

PRÆCEPTOR, SEBASTIANUS.

IGitur conveniſti hodie Petrum, ſo biſt du heut bey dem Peter geweſen? S. Hodie, heut. P. Ubi? wo? S. In templo, in der Kirche. P. Quota hora? um wie viel Uhr? S. Octava matutina, morgends um acht. P. Nunquid rogaſti, haſt du nicht gefraget, quando ſit repetiturus ſcholam, wenn er werde wieder in die Schule gehen? S. Rogavi, ich habe gefraget? P. Quid ille, ſc. *ait?* was ſagt er? S. Inquit, er ſagt, neſcio, ich weiß es nicht; oder, er ſagt, er wiſſe es nicht. P. Debuiſti exhortari illum, du hätteſt ihn ſollen ermahnen, ad reditum, daß er bald wieder komme. S. Ego feci id, das habe ich gethan, & quidem, und zwar, verbis multis, mit vielen Worten. P. Bene feciſti, du haſt wohl gethan; ſed, aber, quid ille reſpondit, was hat er dir zur Antwort gegeben? S. Se detineri adhuc, er werde noch aufgehalten, à patre, vom Vater, ad colligendos fructus, Früchte einzuſammlen. P. Quid ſi ſcribas, wie wenn du ſchreibeſt, ad patrem ipſum, an den Vater ſelbſt, de ſtatu noſtro ſcholaſtico, von unſerm Schulſtand? movebitur enim fortaſſe, denn er wird vielleicht bewogen werden ut citius remittat filium, daß er den Sohn deſto ehr zurück ſende. S. Si ita videtur tibi, wenn es euch ſo gut düncket, faciam, will ich es thun, idque diligenter, und darzu fleißig. P. Fac igitur quoque, ſo

Digitized by Google

thue es dann auch, tempore primo, mit nächſtem, oder, erſter Gelegenheit: ſed audi, aber höre, ſcribe pleniſſimè, ſchreibe ausführlich, deinde, darnach, oſtende mihi, zeige mir, literas tuas, deinen Brief, priusquam des perferendas, ehe du ihn fortſchickeſt. S. Præceptor, Lehrmeiſter, faciam ſedulò, ich wills mit Fleiß (Ernſt) thun.

Explicatio Vocabulorum.

Matutinus, a, um, morgend.
Nunquid? iſt es nicht ſo? *Adv.*
Reditus, ûs, 4. m. die Wiederkunft.
Detineo, detinui, detentum, detinere, 2. aufhalten, *Paſſ.* Detineor, detentus ſum, detineri.
Status, ûs, 4. m. der Zuſtand.
Oſtendo, oſtendi, oſtentum, oſtendere, 3. zeigen.
Priusquam, ehe, *Adv.*

Phraſes.

Repetere ſcholam, wieder in die Schule gehen.
Exhortari aliquem ad aliquid, jemand zu etwas ermahnen, multis verbis, mit vielen Worten.
Detineri ab aliquo, von jemand aufgehalten werden.
Nudius tertius ſcripſi ad patrem meum de ſtatu noſtro ſcholaſtico, vorgeſtern habe ich an meinen Vater geſchrieben von unſerm Schul-Stand. (re Schule?
Quo in ſtatu ſunt res veſtræ ſcholaſticæ? wie ſtehets um eu-
Remittere puerum ad ſcholam, einen Knaben wieder in die Schule ſchicken.
Juſſus ſum ſcribere ad patrem meum de remittendo ad ſcholam fratre meo, man hat mir befohlen an meinen Vater zu ſchreiben, daß er meinen Bruder wieder in die Schule ſchicke.
Quid tibi videtur? was dünckt dich? videris mihi diligens, mich dünckt, du ſeyſt fleißig.
Scribe pleniſſimè ad Principem Electorem, ſchreibe ausdrücklich an den Churfürſten.
Oſtende mihi literas tuas, priusquam des perferendas, zeige mir deinen Brief, ehe du ihn wegſchickeſt.
Cura has literas quæſo perferendas Tubingam, beſtelle mir doch dieſen Brief nach Tübingen.

COL-

Digitized by Google

COLLOQ. XLIV.

STEPHANUS, PRÆCEPTOR.

PRæceptor, Lehrmeiſter, prodieram horâ primâ, ich war um ein Uhr hinaus gegangen, permiſſu tuo, mit eurer Erlaubniß, nunc redeo, nun komme ich wieder. P. Curaſti negotium tuum, haſt du dein Geſchäfte verrichtet? S. Curavi, ich habe es verrichtet, gratia Deo, GOtt ſey Danck. P. Factum benè, das iſt wohl gethan, quota eſt hora? wie viel Uhr iſt es? S. Inſtat ſecunda, es iſt bald zwey. P. Voca mihi famulum, rufe mir den Diener, deinde ito, darnach gehe hin, ad merendam, zum Veſper-Brod, cum cæteris, ſcil. *pueris*, mit den andern Knaben.

Explicatio Vocabulorum.

PErmiſſu, mit Erlaubniß, *eſt Abl. caſus tantùm.*
Famulus, i, 2. m. ein Diener.
Merenda, æ, 1. f. das Veſper-Brod.

Phraſes.

PRodii permiſſu Præceptoris, ich bin mit des Lehrmeiſters Erlaubniß hinaus gegangen.
Curare negotium ſuum, ſein Geſchäfte verrichten.
Redire à negotio, von ſeinem Geſchäft zurück kommen.
Inſtat hora prima, es iſt bald ein Uhr.
Ire ad prandium, zum Mittag-Eſſen gehen.
Voca mihi famulum meum, rufe mir meinen Diener.

COLLOQ. XLV.

PRÆCEPTOR, SIMON.

CUr non veniſti citius? warum biſt du nicht eher kommen? S. Exſpectabam fratrem, ich wartete auf meinen Bruder. P. Ubi eſt? wo iſt er? S. Reſtitit in foro, er iſt auf dem Marckt ſtehen blieben. P. Cur non adduxiſti eum, warum haſt du ihn nicht

Digitized by Google

hergeführt? (mitgebracht.) S. Volebat emere atramentum, er wolte Dinte kauffen. P. Imò, ja, pyra, Birne, mala, Aepffel, aut aliquid à fructibus cæteris, oder etwas von andern Früchten. S. Neſcio, ich weiß es nicht, dicebat tamen illud, er ſagte es gleichwohl. P. Cum ſitis fratres, weil ihr Brüder ſeyd, cur non habetis, warum habt ihr nicht, domi, zu Hauſe, atramentum commune, gemeine Dinte, in ampulla, im Krüglein. S. Frater, der Bruder, nihil vult habere mecum commune, wil nichts mit mir gemein haben. P. Igitur, derohalben, vult omnia ſibi propria, wil er alles allein haben? S. Illud eſt, diß iſt es. P. Admone me, ermahne mich daran, quum venerit, wann er kommt: ego docebo illum, ich wil ihn lehren, quid ſit fraternitas, was Brüderſchaft ſey. S. Præceptor, Lehrmeiſter, faciam, ich wils thun. P. Abi in locum tuum, gehe hin an deinen Ort.

Explicatio Vocabulorum.

Reſto, as, reſtiti, reſtitum, reſtare, 1. überbleiben, ſtehen bleiben.
Adduco, adduxi, adductum, adducere, 3. herzuführen.
Ampulla, æ, 1. f. ein Krüglein; ampulla atramentaria, ein Dinten-Krüglein.
Fraternitas, atis, 3. f. die Brüderſchaft.

Phraſes.

Cur non veniſti citiùs in ſcholam, warum biſt du nicht eher in die Schul gekommen? *Cur non ſerius acceſſiſti ad ſcholam.*
Exſpectare aliquem, auf jemand warten.
Frater reſtitit in foro, ut emeret chartam, der Bruder iſt auf dem Marckt geſtanden, ihm Papier zu kauffen.
Conferam me in forum, emtum pyra, ich will auf den Marckt gehen, Birn zu kauffen.
Emere aliquid à fructibus, aliquid fructuum, etwas von Früchten kauffen.

Nolo

Nolo tecum quicquam commune habere, ich will nichts mit dir gemein haben.
Inter fratres omnia debent esse communia, unter Brüdern soll alles gemein seyn: *omnia amicorum sunt communia*, unter Freunden ist alles gemein.
Omnia tibi vis propria, du wilt alles eigen haben.
Abi in locum tuum, gehe an deinen Ort: occupa locum tuum; sede in loco tuo. Redi in sedem tuam.

COLLOQ. XLVI.

PRÆCEPTOR, TIBALDUS.

QUid sibi vult? was bedeut das? quod abfueris hebdomade hac tota, daß du diese gantze Woche nicht bist da gewesen? T. Oportuit me manere domi, ich habe müssen zu Hauße bleiben. P. Quamobrem, warum? T. Ut adessem matri, daß ich bey der Mutter bliebe, quæ ægrotabat, welche kranck war. P. Quod præstabis illi officium? was leistest du ihr für einen Dienst? T. Legebam ei sæpius, ich las ihr oftmahls vor. P. Quid legebas? was lasest du? T. Aliquid ex literis sacris, etwas aus heiliger Schrift. P. Ministerium istud, dieser Dienst, sc. *est*, ist, sanctum & laudabile, heilig und löblich, utinam omnes sic studerent verbo Dei, wolte GOtt, daß jederman sich so beflisse auf GOttes Wort; sed quid, aber was, nihil agebas præterea? thätest du nichts weiter? T. Ministrabam illi, ich diente ihr, cum ancilla, mit der Magd, quoties opus erat, so oft es vonnöthen war. P. Hæccine omnia sunt vera? ist diß alles wahr? T. Habeo testimonium, ich habe ein Zeugniß. P. Profer illud, lange es herfür. T. Ecce, siehe. P. Quis scripsit, wer hat es geschrieben? T. Famulus noster, unser Diener, nomine matris, in der Mutter Namen. P. Agnosco manum ejus, ich kenne seine Hand,

quia attuliſti mihi ſæpe ab illo, ſc. *teſtimonium*, weil du mir oft von ihm ein Zeugniß gebracht haſt. T. Licétne igitur mihi redire in ſedem meam, darf ich dann wieder an meinen Ort gehen? P. Quidni liceat, warum ſolt es nicht erlaubt ſeyn, quum ſatisfeceris mihi, da du mir genug gethan haſt. T. Præceptor, Lehrmeiſter, ago gratias, ich ſage Danck.

Explicatio Vocabulorum.

HEbdomas, hebdomadis, 3. f. & hebdomada, æ, 1. f. eine Woche.
Præſto, præſtiti, præſtitum, & præſtatum, præſtare, 1. leiſten.
Miniſterium, ii, 2. n. ein Dienſt.
Quoties, wie oft, *Adv.* Opus, nöthig, *Adv. indec.*
Hiccine, hæccine, hoccine, dieſer, dieſe, dieſes.
Agnoſco, agnovi, agnitum, agnoſcere, 3. erkennen.
Sedes, is, 3. f. ein Sitz, Ort.

Phraſes.

ABeſſe totâ hebdomade, die gantze Woche nicht da ſeyn.
Oportuit me manere domi, ich habe müſſen zu Hauſe bleiben; manendum mihi fuit domi.
Præſtare alicui officia, einem Dienſte leiſten, dienen, miniſtrare alicui.
Legere aliquid ex ſacris literis, etwas aus der Bibel leſen.
Studere verbo Dei, auf GOttes Wort ſich befleiſſen: ſtudere regit Dativum. Studere honeſtati, der Erbarkeit ſich befleiſſen.
Proferre teſtimonium ſcriptum, ein geſchrieben Zeugniß aufweiſen, *teſtes alicujus rei*, Zeugen beybringen wegen eines Dinges.
Famulus hæc ſcripſit nomine matris, der Diener hat diß geſchrieben in der Mutter Namen.
Scripſit manu ſuâ, er hats mit eigner Hand geſchrieben, & excuſavit ſe Præceptori, (apud Præceptorem) quod ipſo inconſulto prodierit, und hat ſich bey dem Lehrmeiſter entſchuldiget, daß er ohne ſeine Erlaubniß hinaus gegangen.
Licétne mihi redire in ſedem meam, darf ich wieder an meinen Ort gehen? abire in locum meum.

COL-

Digitized by Google

COLLOQ. XLVII.

TREBONIUS, PRÆCEPTOR.

PRæceptor, Lehrmeiſter, placétne, ſcil. *tibi audire excuſationem meam*, beliebt euch meine Entſchuldigung zu hören? P. Quando abfuiſti, wann biſt du nicht da geweſen? T. Die heſterno, geſtriges Tages. P. Quota hora? um wie viel Uhr? T. Prima, um ein Uhr. P. Quæ fuit cauſa? was iſt die Urſach geweſen? T. Accerſitus fui, ich bin beruffen worden. P. A quo? von wem? T. A patre, vom Vater. P. Quis nunciavit tibi? wer hat es dir geſaget? T. Famulus noſter, unſer Diener. P. Cur non adiſti me? warum biſt du nicht zu mir kommen? T. Quia ille dicebat, weil er ſagte, ſe urgeri feſtinatione, er müſſe eilen. P. Suntne tibi teſtes? haſt du Zeugen? T. Præceptor, Lehrmeiſter, adſunt, ſie ſind da. P. Abi, gehe hin, ſede in loco tuo, ſetze dich an deinen Ort, ego interim interrogabo eos, ich will ſie unterdeſſen fragen.

Explicatio Vocabulorum.

Accerſo, accerſivi, accerſitum, accerſere, 3. beruffen. *Paſſ.* Accerſor, accerſitus ſum, accerſi.

Adeo, adivi, & adii, adiviſti vel adiſti & adiiſti, aditum, adire, 4. hinzugehen.

Urgeor, urſus ſum, urgeri. *Paſſ. Act.* Urgeo, urſi, urſum, urgere, 2. treiben.

Phraſes.

Accerſi ab aliquo, von jemand beruffen werden.

Urgeor feſtinatione, ich muß eilen.

Sunt mihi tres teſtes, ich habe drey Zeugen, tres ſunt mihi teſtimonio.

Digitized by Google

COLLOQ. XLVIII.

PRÆCEPTOR, TERENTIUS.

DEmiror, ich verwundere mich, unde nunc venias, wo du nun herkommeſt? T. Præceptor, Lehrmeiſter, redeo domo, ich komme von Hauß. P. Cur iveras domum? warum wareſt du nach Hauße gegangen? T. Petitum merendam, das Veſper-Brod zu holen. P. Quamobrem non attuleras? warum hatteſt du es nicht mitgebracht? T. Mater erat occupata, die Mutter hatte zu thun. P. Quid tum? was iſt es dann? debuiſti exire injuſſu meo, ſolteſt du ohne mein Geheiß hinaus gehen? T. Fateor, ich bekenne es, non debui, ich habe es nicht thun ſollen. P. Quid igitur meruiſti, was haſt du dann verdienet? T. Accipere plagas, Streiche zu empfangen, ſed, aber, Præceptor, Lehrmeiſter, (quæſo,) ich bitte euch, ignoſce mihi, verzeihet mir es. P. Cur non petiviſti poteſtatem exeundi? warum haſt du nicht Urlaub begehret hinaus zu gehen? T. Quia non audebam interpellare te, weil ich euch nicht durfte verhindern, (in die Rede fallen.) P. Quid agebam? was that ich? T. Tenebas libellum quendam, ihr hieltet ein Büchlein in der Hand, & legebas aliquid, und laſet etwas. P. Poteſt fieri, es kan ſeyn; ſed, aber, vos interpellatis me tamen ſæpè, ihr verhindert mich doch oftmals, ob rem leviorem, wegen geringerer Sachen; igitur, derohalben, para te nunc, mach dich jetzt fertig, ad vapulandum, Schläge zu empfangen. T. Præceptor, Lehrmeiſter, obſecro te, ich bitte euch, parce mihi, ſchonet meiner. P. Sine, laß mich, ut cogitem prius aliquantiſper, daß ich mich zuvor ein wenig bedencke. Age, wolan, parco, ſc. *tibi*, ich ſchone deiner, tum, theils, quia confiteris ingenuè, weil du aufrichtig

richtig bekenneſt, tum, theils, quod videris mihi ſatis ſtudioſus, weil mich dünckt, du ſeyeſt fleißig genug. T. Præceptor humaniſſime, freundlichſter Lehrmeiſter, ago gratias maximas, ich ſage großen Danck.

Explicatio Vocabulorum.

INjuſſu, ohne Geheiß, *eſt nomen Monoptoron. Abl. caſus tantùm.*
Ignoſco, ignovi, ignotum, ignoſcere, 3. verzeihen.
Parco, peperci & parſi, parcitum & parſum, parcere, 3. verſchonen.
Obſecro, avi, atum, are, 1. ſehr bitten.
Studioſus, a, um, fleißig.

Phraſes.

EXivit injuſſu Præceptoris, er iſt ohne des Lehrmeiſters Geheiß hinaus gegangen, *ſpe audiendi aliquid novi, quod ex Anglia nobis apportaſti*, in Hoffnung, etwas neues zu hören, welches du aus Engeſland mitgebracht haſt. Merere plagas, Schläge verdienen. Petere poteſtatem exeundi, Urlaub bitten, hinaus zu gehen. Sine, ut prius cogitem aliquantiſper, laß mich ein wenig zuvor bedencken: ſine me prius aliquantiſper cogitare. Contubernalis meus videtur mihi ſatis ſtudioſus, mir dünckt, mein Mitſtuben-Geſell ſey fleißig genug. Multos habet ſtudioſos ſui, er hat viel Gönner. Paucos habeo cives ſtudioſos mei, ich habe wenig Bürger, die mir gut und gewogen ſind: ſemper fui ſtudioſiſſimus tui & tuorum, ich bin allezeit dir und den Deinigen ſehr günſtig geweſen.

COLLOQ. XLIX.

PRÆCEPTOR, VARRO.

UBi eſt Martinus? wo iſt der Martin? V. Ivit ad forum, er iſt auf den Marckt gegangen. P. Quid eo? was da zu thun? V. Emtum cingulum, einen Gürtel zu kauffen, (ut dixit, wie er geſagt hat.) P. Non debuit exire, er hat nicht ſollen hinaus gehen, injuſſo meo, ohne mein Geheiß: ſed,

Credere occulta alicui, einem heimliche Dinge vertrauen, vitam ſuam alicui, einem ſein Leben vertrauen.
Creditum eſt mihi ſoli, es iſt mir allein anvertrauet worden.
Si credere fas eſt, wann man es glauben darf.
Arcanum mihi commiſſum truſtra conaris extorquere, was mir vertrauet, bemüheſt du dich vergeblich heraus zu locken.
Hoc tibi dictum puta, das laß dir geſagt ſeyn, hoc tibi perſuadeas velim.
Committere aliquid fidei alicujus, eines Treue und Glauben etwas anbefehlen, & in fidem alicujus. *Terent. Plaut.* (Committere *conſilia alicui*, einem ſeine Anſchläge vertrauen, *in tutelam alicujus*, in eines Schutz, *ſe mari*, ſich auf das Meer begeben, *pecuniam alicui*, einem Geld anvertrauen.
Perſuadere alicui aliquid, einen etwas bereden.
Quod tua non refert, percontari deſinas, was dich nicht angehet, höre auf nachzugrübeln.
Tacere aliquid, etwas verſchweigen, de re aliqua, ut taceam, zu geſchweigen, tace modò, ſchweig nur ſtill.
Pervenire ad aures alicujus, jemand zu Ohren kommen.
Fac me miſſum, laß mich mit frieden, fac iſtam fœminam miſſam, laß daß Weib mit frieden.
Malo tibi amicus eſſe, quam inimicus, ich will lieber dein Freund ſeyn, als Feind.
(Quod tacitum eſſe vis, nemini dixeris, was du ſelbſt wilt verſchwiegen haben, das ſage niemand.)

COLLOQ. XXII.

NICOLAUS, OBERTUS.

ECquid precatus es hodie domi, haſt du heut zu Hauß gebeten. O. Cur quæris iſtud? warum

fragſt du das? N. Quia non interfuiſti precationi matutinæ, weil du nicht biſt bey dem Morgen-Gebet geweſen. O. Quî ſcis, wie weiſt du das? N. Obſervavi, ich habe es in Acht genommen. O. Atqui, aber, tu non es obſervator, du biſt kein Aufſeher, (Cuſtos.) N. Non ſum, ich bin es nicht. O. Quamobrem obſervabas igitur, warum nahmeſt du es dann in Acht? N. Quia es chariſſimus mihi, dieweil du mir ſehr lieb biſt. O. Quid tum? was iſt es dann? N. Dolebit mihi, es wird mir leid thun, ſi vapulabis, wann du ſolteſt geſchlagen werden. O. Quid, was? an ego notatus fui, bin ich aufgezeichnet worden? N. Etiam dubitas, zweiffelſt du noch? O. Nemo excuſavit me, hat mich niemand entſchuldiget, quum recitaretur catalogus, als der Catalogus verleſen wurde? N. Nemo, niemand, quod ſciam, daß ich weiß. O. Si amas me tantoperè, wann du mich ſo ſehr liebeſt, (ut dicis, wie du ſageſt,) cur tute non excuſaſti me, warum haſt du mich nicht ſelbſt entſchuldiget? N. Quid cauſæ dixiſſem, was hätte ich für eine Urſach beygebracht? O. Commentus eſſes aliquid, du hätteſt etwas erdacht. N. Ergo mentitus eſſem, ſo hätte ich gelogen. O. Quid inde, was wäre es mehr? N. Sed, aber, mentiri, das Lügen, vetitum eſt, iſt verboten, ex verbo Dei, in GOttes Wort. O. Fateor, ich geſtehe es: ſed erat mendacium leve, aber es war eine geringe Lüge. N. Judicandum eſt nihil leve, man ſoll nichts gering halten, quo Deus offenditur, womit GOtt beleidiget wird. O. Non poſſum negare iſtud, daß kan ich nicht läugnen: ſed, aber, remittit nobis facile, er vergibt uns leicht, levia iſta, ſo geringe Sünden, propter Jeſum Chriſtum, um JEſu Chriſti willen, qui eſt, welcher iſt, deprecator noſter, unſer Fürbitter, & advocatus, und Fürſprecher. Nam, denn, quotusquisque

non

on peccat, wer iſt der nicht ſündige, quotidie, glich, ſæpiſſime, gar oft? N. Profectò nullus, rwahr keiner: quum etiam vix precamur, wir be- n auch kaum, aut operamur aliquid boni, oder un ſonſt ein gut Werck, in quo non inſit, darin icht iſt, ſpecies aliqua peccati, etwas ſündliches. . Quid ergo futurum eſſet nobis, wie würde es ns dann gehen, niſi Deus facile ignoſceret, wenn Ott nicht gern vergäbe? unde & quotidie pre- antes dicimus, daher ſagen wir auch täglich, wenn ir beten: Remitte nobis debita noſtra, vergieb ns unſere Schuld. N. Nihil debemus dubitare, ir ſollen nicht zweiffeln, quin remittat, daß er ergebe, ſi agnoſcamus, wenn wir erkennen, ſeriò verè, ernſtlich und wahrhaftig, errata noſtra, un- re Fehler: ſi petamus veniam ex animo, wann wir on Hertzen Vergebung bitten, ſi habeamus fidem, ann wir glauben, nobis ignoſci, daß uns verge- en werde. O. Quid reſtat igitur, was iſt dann brig? N. Illud reſtat, das iſt noch übrig, ut ne- ue delectemur peccatis, daß wir weder Luſt zu ſün- igen haben, neque perſiſtamus in his, noch darin erharren; neque committamus peccatum, und kei- e Sünde begehen, malitiosè, boshaftiger Weiſe, cienter, wiſſentlich, & de induſtria, und fürſetz- ich. Enim, dann, ſunt nimis multa, es iſt das gar u viel, quæ peccamus, was wir ſündigen, per in- irmitatem carnis, aus Schwachheit des Fleiſches, ut etiam, oder auch, per ignorantiam, aus Un- wiſſenheit. O. Nihil dubito, ich zweifle nicht, de peccatis illis, an den Sünden, quæ perpetramus, welche wir begehen, ex imbecillitate carnis, aus Schwachheit des Fleiſches, qualis fuit abnegatio Petri, wie die Verläugnung Petri geweſen. Sed, aber, quî fit, wie kommt es, ut peccemus per igno-

rantiam, daß wir ſündigen aus Unwiſſenheit? N. Habes de hoc, davon haſt du, exemplum Pauli, das Exempel Pauli, qui, welcher, ſcribens ad Timotheum, ſchreibend an den Timotheum, profitetur palàm, öffentlich bekennet, in epiſtola priori, in der erſten Epiſtel, ſe eſſe conſequutum veniam, er habe Gnade erlanget, quamvis perſequutus fuerit Eccleſiam Dei, ob er ſchon die Kirche GOttes verfolget gehabt: quia fecerit id ignorans, weil er ſolches gethan aus Unwiſſenheit. O. Satisfeciſti mihi abunde, du haſt mir vollkömmlich genug gethan, exemplo iſto, durch dieſes Exempel, (nam & ego memini legere id, dann ich erinnere mich, daß ich das auch geleſen, ſed, aber, ſcin'tu, weiſt du, capite quoto epiſtolæ, in welchem Capitel der Epiſtel, id ſit ſcriptum, diß geſchrieben ſtehet? N. Equidem, fürwahr, non ſoleo vexare memoriam, ich pflege mein Gedächtniß nicht zu plagen, in recipiendis numeris capitum, die Capitel zu behalten: Videtur mihi eſſe ſatis, mich düncket, es ſey genug, tempore hoc, zu dieſer Zeit, annotare quaſi raptim, in Eil gleichſam aufzuzeichnen, ſententias aliquot, etliche Sprüche oder Sententz: quas liceat mandare memoriæ, welche ich auswendig lernen könne, ſi quid otii interdum poſſim ſuffurari, wann ich etwas Zeit gleichſam ſtehlen kan, ex occupatione quotidiana, von den täglichen Geſchäften, ſtudiorum præſentium, der jetzigen Studien. O. Utinam ego quoque poſſem, wolte GOtt, ich könte auch, facere id, das thun! N. Quid impedit, was verhindert dich daran? O. Ego vix queo ſatisfacere, ich kan kaum genug thun, Præceptori, dem Lehrmeiſter, in exercitationibus ſcholaſticis, in den Schul-Uebungen: tantum abeſt, ſo weit fehlet es, ut concedatur, daß mir erlaubt wird, impertiri aliquid tem-

temporis, etwas Zeit anzuwenden, ſtudiis aliis, zu andern Studien. N. Profecto, fürwahr, ſatis ſumus occupati quotidiè, wir haben alle Tage genug zu thun: ſed, aber, hæc tamen ſunt ferenda, diß müſſen wir gleichwohl leiden, quamdiu viſum fuerit, ſo lang es gut dünckt, Deo, GOtt, & parentibus noſtris, und unſern Eltern, eſſe opus nobis, daß wirs vonnöthen haben. O. Propterea, derowegen, ego fero ac tolero libenter, leide und ertrage ich gern, labores ejusmodi omnes, alle ſolche und dergleichen Arbeit. N. Qua ſpe toleras, auf was Hoffnung leideſt du? O. Quia ſpero futurum, weil ich hoffe, es ſoll geſchehen, ut ſint gradus primi, daß es die erſte Staffeln ſeyen, quibus pervéniam aliquando, dadurch ich einsmahls gelangen möge, ad majora, zu gröſſere Dingen. N. Sed, aber, de his alias pluribus, hiervon auf ein andermahl mehr: agamus nunc, laßt uns nun verrichten, quod inſtat, was wir zu thun haben. O. Quid eſt iſtud, was iſt das? N. Audin' tu dari ſignum ad cœnam, höreſt du, daß man zum Nachteſſen läutet? O. Nuncias bonum ſignum, du verkündigeſt ein gut Zeichen: nam, dann, ſentiebam eſuriem, es hungerte mich. N. Nimirum, darum nehmlich, quia prætermiſiſti merendam, weil du nichts zu Veſper gegeſſen. O. Utinam poſſem, wolte GOtt ich könnte, abſtinere ea, ſcil. *merenda*, mich des Veſper-Brods enthalten, ſemper, allezeit, tam facile, ſo leicht, quàm hodie carui libenter, als ich es heute gern gemangelt habe. N. Ego verò, ich aber, non careo libenter, entbehre es nicht gern, niſi occupatus, ſcil. *fuero*, es ſey dann, daß ich verhindert werde, negotio neceſſario, durch nothwendige Geſchäfte.

Explicatio Vocabulorum.

ECquis, welcher doch, ecqua, ecquod *vel* ecquid? *Pron.*
Matutinus, a. um, morgend.
Comminiſcor, commentus ſum, comminiſci, 3. *Dep.* erdichten.
Depreçátor, oris, 3. m. Abbitter, à deprecor, atus ſum, ari, 1. abbitten.
Inſum, infui, ineſſe, darinnen ſeyn.
Reſto, reſtiti, reſtitum, reſtare, 1. übrig ſeyn.
Perſiſto, perſtiti, perſtitum, perſiſtere, 3. verharren.
Timotheus, i, 2. m. der Timotheus, *Nomen Propr.*
Infirmitas, atis, 3. fœm. die Schwachheit, *idem*, imbecillitas, atis, 3. fœm.
Abundè, überflüßig, *Adv.*
Raptim, eilend, *Adv.*
Occupatio, onis, 3. f. die Geſchäfte, *ab* occupor, atus ſum, ari, 1. geſchäftig ſeyn.
Concedo, conceſſi, conceſſum, concedere, 3. zulaſſen, *Paſſ.* Concedor, conceſſus ſum, concedi.
Tolero, avi, atum, are, 1. ertragen, erdulten.
Ejusmodi, ſolche, *Adj. indecl.*
Eſuries, ei, 5. f. Hunger.
Prætermitto, prætermiſi, prætermiſſum, prætermittere, 3. verſäumen, unterlaſſen.
Abſtineo, ui, ere, 2. enthalten. Careo, ui, ere, 2. mangeln.

Phraſes.

EXcuſare aliquem alicui & apud aliquem, jemand bey einem entſchuldigen.
Quid cauſæ dicis, was bringſt du für eine Urſach bey?
Comminiſci aliquid, etwas erdichten.
Vetitum eſt mentiri, ſ. ne mentiamur, es iſt verboten zu lügen. Non eſt mentiendum, nec in rebus quidem leviori-bus, man ſoll auch nicht lügen in geringen Dingen.
Ineſſe alicui rei, & in aliqua re, in einem Ding ſeyn.
Non dubito, quin Deus remiſſurus ſit mihi peccata mea, ich zweifle nicht, GOtt werde mir meine Sünden vergeben. Non dubito, Deum remiſſurum eſſe mihi peccata mea.
Delectari aliqua re, Luſt zu einem Ding haben.
Perſiſtere in aliqua re, auf einem Dinge bleiben, in amore, verharren in der Liebe, in ſententia, in der Meynung, in *impudentia*, allewey unverſchämt bleiben.

Com-

Digitized by Google

Committere peccatum de induſtria, mit Fleiß ſündigen. Perpetrare peccata ex ignorantia; peccare per ignorantiam, unwiſſend ſündigen.

Deus remittit peccata ex animo veniam petentibus, GOtt vergiebt die Sünden denen, welche von Hertzen um Vergebung bitten.

Non dubito, quin remiſſurus ſit mihi delictum, ich zweifle nicht, er werde mir vergeben das Verbrechen.

Petrus perpetravit peccatum abnegationis ex carnis imbecillitate, Petrus hat Chriſtum verläugnet aus Schwachheit des Fleiſches.

Conſequi veniam peccatorum, Vergebung der Sünden erlangen.

Retinuiſti numerum capitis, haſt du das Capitel behalten?

Raptim annotare aliquid, etwas eilend aufſchreiben.

Suffurari aliquid otii, etwas Zeit ſtehlen.

Impertiri aliquid temporis ſtudio theologico, etwas Zeit auf die Theologie wenden.

Vix mihi conceditur aliquid temporis capiendi cibi, (cibum) ich habe kaum Zeit zu eſſen.

Si Deo viſum fuerit, ſo es GOtt beliebt. Si tibi ita viſum fuerit, wann es dir alſo wird belieben, wann du es wirſt für gut anſehen.

Tolerare labores, Arbeit ausſtehen, *famem*, Hunger erdulten.

Pii tolerant afflictiones ſpe felicitatis æternæ, die Frommen erdulten die Trübſal, in Hoffnung der ewigen Glückſeligkeit.

Pervenire ad aliquid, zu etwas gelangen.

Sentio eſuriem, mich hungert, ſitim, mich dürſtet, premor fame, ſiti.

COLLOQ. XXIII.

OBERTUS, PATRICIUS.

ECce, ſiehe da, reddo tibi commodatum, ich gebe dir wieder, was du mir geliehen haſt, & ago gratias maximas, und ſage groſſen Danck. P. Non eſt quod agas, ſcil. *gratias*, du darfſt nicht dancken: ſed tu, aber du, ſatisne uſus eras, haſt du es genug gebraucht? O. Conceſſiſti ſatis diu uſum, du haſt es mich lange genug laſſen brauchen,

quæ eſt humanitas tua, welches deiner Freundlichkeit zuzuſchreiben. P. Quæſo, ey lieber, ne parcas rebus meis, ſchone meiner nicht, quoties opus erit, ſo oft du es bedarfſt. O. Non parcam, ſcil. *tibi*, ich will deiner nicht ſchonen, quando ita jubes, wenn du es ſo befiehleſt, oder, weil du es ſo haben wilt. P. Feceris mihi pergratum, du wirſt mir einen angenehmen Dienſt thun. O. Habeo gratiam maximam, ich ſage ſehr groſſen Danck, tu verò, du aber, utere viciſſim noſtris, ſcil. *rebus*, brauche meine Sachen auch, ſi quid opus fuerit, ſo dir was wird vonnöthen ſeyn. P. Non eſt quod moneas, du darfſt mich nicht ermahnen, ſum ſatis impudens, ich bin unverſchämt genug, mea ſponte, für mich ſelbſt. O. Imò, ja, nimis verecundus, gar zu ſchamhaftig. P. Eſto, es mag ſeyn: ſenties tamen aliquando, du wirſt es doch einmahl empfinden. O. Ita velim, das begehre ich: Benè vale, gehab dich wohl. P. Dominus Deus ſervet te, GOtt der HErr wolle dich bewahren.

Explicatio Vocabulorum.

COmmodatum, i, 2. n. das Geliehene, à commodo, avi, atum, are, 1. leihen.

Sponte, *eſt nom. ſubſt. abl. caſus, idem valens quod adverbium* ultro, von ſich ſelbſt, *Gen.* ſpontis, *gen. fœm.*

Verecundus, a, um, ſchamhaftig.

Phraſes.

COncedere alicui uſum alicujus rei, einem ein Ding zu gebrauchen geben.

Si tuâ ſponte id facis, non opus eſt, ut te moneam, wann du es von dir ſelbſt thuſt, oder gutwillig, darf ich dich nicht ermahnen.

Dominus Deus ſervet te, GOtt behüte dich.

Facere pergratum alicui, jemand einen angenehmen Dienſt thun.

COL.

COLLOQ. XXIV.

OLIVARIUS, PAULUS.

Ur diſpergebas hic piſa? warum ſtreueteſt du hier Erbſen aus? P. Quando? wenn? O. Poſt randium, nach dem Mittag-Eſſen. P. Faciebam d animi causâ, das that ich Luſts halben. O. Sed, ber, unde habueras piſa illa, wo haſt du die Erben her bekommen? P. Acceperam è corbula, ich atte ſie aus einem Körblein genommen, ubi erant epoſita, wo man ſie hingeleget hatte, ut coquerenur die craſtino, daß man ſie morgen kochte. O. Debuiſtine facere malum, haſt du ſollen Ubels thun, nimi causâ, Luſts haben? P. Non putabam, ich nennete nicht, id eſſe malum, daß dieſes böſe ſey. O. Annon eſt malum, iſt es nicht böß conculcare anem pedibus, das Brod mit Füſſen treten? P. Ego nollem facere iſtud, das wolte ich nicht hun. O. Cur nolles, warum wollteſt du nicht? P. Quia panis eſt maxime neceſſarius nobis, weil uns as Brod ſehr nothwendig iſt: oder, weil wir des Brods ſehr bedürftig ſind. O. Deus, GOtt, creait in uſum noſtrum, hat uns zum beſten erſchaffen, & ipſa piſa, auch die Erbſen, & cætera, und übrige Dinge, quæ eduntur, welche man iſſet. P. Non gnoro, ich weiß es wohl: quin etiam veſcor libener ipſis, ich eſſe ſie auch gern, ſi ſint benè cocta & ondita, wann ſie wohl gekocht und gewürtzt ſind. O. Præterea, über das, vellesne abuti rebus tuis, volteſt du etwas verderben, das dein wäre? P. Minimè, gar nicht. O. Tantò minùs, deſto weniger, debes, ſcil. *abuti*, alienis, ſolt du anderer Leute Sachen verderben. P. Intelligo iſtud ſatis, das verſtehe ich genug. O. Ergo non rectè feciſti, ſo haſt du dann nicht recht gethan. P. Non rectè, nicht

nicht recht; fateor, ich gestehe es, non tamen, doch nicht, animo malo, aus bösem Gemüthe. O. Cur igitur fecisti, warum hast du es dann gethan? P. Ineptia mea, meine Thorheit, incitavit me ad illud, hat mich darzu getrieben. O. Quid meruisti inde, was hast du damit verdienet? P. Plagas, Streiche. O. Rectè dicis, du sagest recht, sed, aber, (opinor, ich halte dafür,) non ex animo, nicht von Hertzen. P. Imò certè, ja gewiß: oro, ich bitte dich, ne accuses me, du wollest mich nicht anklagen. O. Quandoquidem fateris sponte, weil du es freywillig bekennest, non accusabo, scil. te, wil ich dich nicht anklagen. Enim, dann, Præceptor dicit sæpissimè, der Lehrmeister hat zum öftern gesaget, se velle sic, er wolle es so haben. P. Quid ille dixit, was hat er gesaget? O. Ut deferamus neminem, daß wir niemand sollen angeben, ad ipsum, bey ihm, de rebus ejusmodi levioribus, um so geringer Ursache willen, qui modo agnoverit libens, der nur gern bekennet, culpam, die Schuld. P. Mi Olivari, mein lieber Olivari, ergo debeo tibi, so bin ich dir schuldig, beneficium, diesen Dienst oder Wohlthat. O. Nihil velim debeas mihi, ich will nicht, daß du solt mein Schuldner seyn, nomine hoc, deßwegen: sed precare mecum Deum, sondern bitte GOtte mit mir, ut liberet nos à malo, daß er uns erlöse von dem Bösen. P. Precamur quotidie, wir beten täglich, in schola, in der Schul, quater aut quinquies, vier odr fünfmahl, palàm, öffentlich. O. Quid tum, was ist es dann? P. Præterea, über das, privatim, zu Hauß, quoties cibus sumitur, so oft man isset, quoties sternitur cubitum, so oft man zu Bette gehet, quoties surgitur cubitu, so oft man aufstehet. Nonne hæc sunt satis, gelt es ist genug? O. Præter illa, über das,

)as, Præceptor ſæpe monet, ſcil. *nos*, ermahnet ins der Lehrmeiſter oft, ut quisque ſecedat interlum, daß ein jeder bißweilen auf eine Seite gehe,)ro ſe, für ſich ſelbſt, aliquo, irgend hin, in lo:um ſecretum, an einen geheimen Ort, precandi :auſa, zu beten: meminiſtin', gedenckeſt du noch)aran? P. Memini probè, ich gedencke wohl daran: ed, aber, (ut ſcis, wie du weiſt,) videtur eſſe lifficile, ſcheinet es ſchwehr zu ſeyn, ut pueri aſ:ueſcant, daß die Knaben ſich gewöhnen, precibus ecretis, zum heimlichen Gebet. O. Et tamen fuerit)ptimum, und es wäre gleichwohl das Beſte, aſ:ueſcere paulatim, ſich allgemach gewöhnen. P. Deus noſter ipſe, unſer HErr GOtt ſelbſt, incita)it atque aſſuefaciet nos, wird uns anreitzen und gewöhnen, ad rem eam, zu dieſer Sache, progreſ:u temporis, mit der Zeit. O. Sperandum eſt, man muß hoffen, ita fore, daß es alſo geſchehen werde, i tantum pergamus ſedulò, wann wir nur ernſtlich ortfahren, tum, ſowohl, in lectione verbi ejus, n der Leſung ſeines Worts, tùm, als, auditione, Anhörung.

Explicatio Vocabulorum.

PIſum, i, 2. n. eine Erbſe.
Corbula, æ, 1. f. ein Körblein, à corbis, 3. E
Coquo, coxi, coctum, coquere, 3. kochen, *Paſſiv.* Coquor.
Conculco, avi, atum, are, 1. zertretten, ex con & calceo, avi, atum, are.
Conditus, a, um, eingemacht, gewürtzt, geſaltzen.
Condio, ivi, itum, ire, 4. würtzen, einmachen, jus malè conditum, eine ungeſaltzene Suppe.
Alienus, a, um, das einem andern zukommt.
Opinor, atus ſum, ari, 1. meynen.
Quandoquidem, ſintemal, *Conj.*
Olivarius, ii, 2. m. der Olivarius, *Nomen proprium.*
tur, man gehet, *Imperſ.*
ecedo, ſeceſſi, ſeceſſum, ſecedere, 3. abweichen.

Secre-

Secretus, a, um, heimlich.
Assuesco, assuevi, assuetum, assuescere, 3. gewöhnen.
Auditio, onis, 3. f. das Gehör.
Lectio, onis, 3. f. Lesung.
Sedulò, fleißig, *Adv.*

Phrases.

Dispergere multa pernicioſa, viel schädliche Dinge ausbreiten.
Bellum longè lateque diſperſum, ein Krieg, der sich weit hat ausgebreitet.
Conculcare pedibus, mit Füssen treten.
Cibus nec benè coctus, nec benè conditus, die Speise ist weder gut gekocht, noch gewürtzt, weder gesaltzen noch geschmaltzen.
Fateor me malè feciſſe, ich bekenne, daß ich übel gethan habe.
Incitare aliquem ad malè agendum, einen anreitzen Böses zu thun, ad laborem incitare, zu der Arbeit anreitzen, incitari beneficio alicujus, durch eines Wohlthat bewogen werden.
Deferre aliquem ad judicem de rebus levioribus, geringer Ursachen halber einen bey dem Richter angeben, deferre querelas ad aliquem, bey einem klagen, munus alicui, ein Geschenck anbringen, beneficium alicui, eine Gutthat anbieten. Deferre aliquem de furto, einen des Diebstahls beklagen.
Sæpe mihi gratiæ aguntur eo nomine à meis diſcipulis, es wird mir oft deßwegen von meinen Schülern gedancket.
Sumere cibum, essen, capere cibum.
Servus primus cubitu ſurgat, poſtremus cubitum eat, ein Knecht soll zuerst aufstehen, zuletzt zu Bette gehen.
Secedere in locum aliquem ſecretum, an einen heimlichen Ort gehen.
Spero ita fore, ich hoffe, es werde also geschehen.

COLLOQ. XXV.

PATRICIUS, QUARTUS.

Licétne rependere malum malo, ist es erlaubt Böses mit Bösem zu vergelten? Q. Cur quæris

is istud, warum frageſt du das? P. Ut poſſim re-
pondere iis, daß ich denen antworten könne, qui
ontradicunt mihi, die mir widerſprechen, in re hac,
n dieſer Sache. Q. Interrogaſti breviter, du haſt
ürtzlich gefragt, reſpondeo breviſſimè, ich antwor-
e auf das kürtzeſte: non licet, es iſt nicht erlaubt.
. Cur non, warum nicht? Q. Quia Chriſtus ve-
uit, weil es der HErr Chriſtus verboten hat, &
poſtoli poſt eum, und die Apoſtel nach ihm. P.
Quid faciendum eſt igitur, was muß man denn
hun? Q. Malum compenſandun bono, man muß
as Böſe mit Gutem vergelten. P. An non ſatis eſt,
ſt es nicht genug, rependere bonum bono, Gutes
nit Gutem vergelten? Q. Non ſatis, es iſt nicht
enug, Chriſtiano quidem, zum wenigſten einem
Chriſten. P. Quamobrem, warum? Q. Nam, dann,
Chriſtianum oportet imitari, ein Chriſt muß nach-
olgen, Præceptorem Chriſtum, ſeinem Lehrmeiſter
Chriſto. P. Quid Chriſtus fecit? was hat Chriſtus
ethan, in genere eo, hierin? Q. Sanavit eum,
r hat den geheilet, qui infregerat ipſi colaphum,
er ihm einen Backenſtreich gegeben: precatus eſt
ro iis, er hat für die gebeten, qui ſuſtulerant ip-
um in crucem, die ihn an das Creutz geſchlagen:
em, desgleichen, fecit alia multa ejusmodi, hat
dergleichen vielmehr gethan. P. Nihilne igitur
icit, thut dann derjenige nichts, qui rependit gra-
am pro gratia, welcher Danck mit Danck beloh-
et? Q. Facit tantum, er thut eben ſo viel, quan-
um Ethnici faciunt, ſo viel die Heyden thun. P.
uid Ethnici illi faciunt, was thun die Heyden?
. Diligunt amicos, ſie lieben die Freunde, & re-
runt gratiam, ſc. *iis*, und erzeigen ſich danckbar
gen diejenige, à quibus acceperunt, ſcil. *gratiam*,
on denen ſie Danck oder Gunſt bekommen haben.

P. Ni-

P. Nihilne amplius, nichts weiters? Q. Nihil, nichts: nam, denn, quid exſpectes amplius ab iis, was wilt du von ſolchen mehr gewärtig ſeyn, qui non noverunt Deum verum, welche den wahren GOtt nicht erkannt haben? P. Quid faciunt inimicis, wie verhalten ſie ſich gegen die Feinde? Q. Perſequuntur eos, ſie verfolgen dieſelbe, quibuscunque modis poſſunt, auf was Art und Weiſe ſie immer können. P. Eſtne Chriſtiano peccatum, iſt das einem Chriſten eine Sünde? Q. Si non licet, ſo es nicht erlaubet iſt, (ut jam probavi tibi, wie ich dir allerweil bewieſen habe,) conclude, ſo ſchlieſſe, id eſſe peccatum, daß es Sünde ſey. P. Atqui licet, es iſt aber doch erlaubt, repellere vim vi, Gewalt mit Gewalt abtreiben, (ut dicitur vulgò, wie man im gemeinen Sprichwort ſaget:) Quam ſententiam, welchen Spruch, Poëta quidam novus, ein neuer Poet, etiam interpretatus eſt latius, auch weiter erkläret hat, verbis his, mit dieſen Worten:

Jura, die Rechte, *ſinunt*, laſſen zu, *pellere vim vi*, Gewalt mit Gewalt abzutreiben, *& vulnus vulnere*, und Wunden mit Wunden zu bezahlen.

Quid reſpondes ad hoc, was antworteſt du hierauf? Q. Leges Ethnicorum, die Geſetze der Heyden, permittunt iſtud quidem, laſſen das zwar zu: ſed, aber, lex divina, das göttliche Geſetz, loquitur longè aliter, redet gantz anders. P. Quid lex divina, ſcil. *loquitur*, was ſaget das göttliche Geſetz? Q. Idem, eben daſſelbe, quod verbum Dei, was GOttes Wort. P. Quicquid ergo fit, alles was dann geſchicht, contra verbum Dei, wider GOttes Wort, eſtne peccatum, iſt es nicht Sünde? Q. Procul dubio peccatum eſt, ohne Zweiffel iſt es Sünde. P. Potesne probare iſta, kanſt du das beweiſen, ex literis divinis, aus der heiligen Schrift?

Q.

Digitized by Google

Q. Quidni poſſim, warum ſolte ichs nicht können? nihil facilius, ſcil. *eſt*, es iſt nichts leichter. P. (Quæſo, ey lieber,) adfer mihi, bringe mir für, ſententias, ſcil. *aliquas*, etliche Sprüche. Q. Non credis id, glaubſt du das nicht, quod eſt omnibus in confeſſo, was allen bekannt iſt? P. Imò verò, ja freylich, credo indubitanter, ich glaube es ohne allen Zweiffel. Q. Quid igitur opus eſt teſtimoniis, was bedarfs dann Zeugniß? P. Ut poſſim certò reſpondere, daß ich gründlich könne antworten, contradicentibus, denen, ſo widerſprechen. Q. Recte intelligis, du verſteheſt den Handel recht: Sed quia ex tempore non poſſes mandare memoriæ, weil du es aber nicht alſobald könnteſt auswendig lernen, exſpecta, ſo warte, dum deſcribam tibi, biß ich dir es abſchreibe, in chartula, auf ein Zettlein, in qua etiam ſit, auf welchem auch ſey, annotatio locorum, die Verzeichniß derer Oerter, ut poſſis, daß du könneſt, etiam demonſtrare digito, auch mit einem Finger zeigen, quibus voles, welchen du wilt. P. Conſilium ex tempore optimum, das iſt ein ſehr guter Rath, den du auf der Stelle erfunden: quanto iſtud fuerit mihi commodius, wie wird mir das ſo viel beſſer ſeyn! Enim, dann, ſic ediſcam per otium, ſo will ichs auswendig lernen, wann ich Zeit habe: ut habeam ad manum, daß ichs bey der Hand habe, quoties erit opus, ſo oft es von nöthen ſeyn wird. Sed, aber, quando dabis mihi, wenn wilt du mirs geben? Q. Revertere huc ad me, komm wieder hieher zu mir, cras, morgen, (ſi libet, ſo dir es gefällt:) P. Quotâ horâ, um wie viel Uhr? Q. Primâ, ſcil. *horâ*, à meridie, um ein Uhr Nachmittag. P. Habeo ſat, ich habe genug: interea, interdeſſen, vale, gehab dich wohl. Q. Dominus Deus ſervet te, GOtt der HErr wolle dich bewahren.

Explicatio Vocabulorum.

REpendo, rependi, repenſum, rependere, 3. vergelten, erſtatten, lohnen.
Compenſo, avi, atum, are, 1. vergelten.
Colaphus, i, 2. m. Maulſchelle. (Eſt ictus, qui pugno in caput incutitur, teſte Plauto & Terentio, extra quos, quis antiquorum quispiam hoc nomine uſus reperiatur, me latet.
Infringo, infregi, infractum, infringere, brechen, infringere alicui colaphum, einem gute Püffe oder Ohrfeigen geben, infringere *dignitatem* alicujus, eines Würde ſchmähen.
Latè, breit, ausführlich, *Adv.* latius, latiſſimè.
Procul dubio, ohne Zweiffel.
Procul, ferne, *Præpoſ.*
Confeſſus, a, um, bekannt, à *confiteor*; in confeſſo eſt, es iſt bekannt.
Indubitanter, ohne Zweiffel, *Adv.*
Annotatio, onis, 3. f. Aufzeichnung.

Phraſes.

REpendere malum malo, Böſes mit Böſem vergelten, bonum bono, Gutes mit Gutem, gratiam pro gratia.
Contradicere alicui in aliqua re, jemand in einer Sache widerſprechen.
Malum bono compenſare, Böſes mit Gutem vergelten.
Non eſt malum malo, ſed malum bono compenſandum.
Tollere in crucem aliquem, einen ans Creutz ſchlagen.
Vim vi repellere licet, Gewalt mit Gewalt abtreiben iſt erlaubt.
Literæ divinæ, GOttes Wort.
Omnibus in confeſſo eſt, das iſt bey allen bekannt, neminem latet, fugit. In confeſſum hoc venit, diß wird von allen bekannt. *Plin.*
Demonſtrare digito, mit dem Finger weiſen.
Conſilium ex tempore, ein geſchwinder Rath.
Habeo ad manus, ich habe es bey mir, in promtu.
Reverti ad aliquem, wieder zu einem kehren.

Digitized by Google

COLLOQ. XXVI.

PAULUS, QUINTUS.

TItyre, mein lieber Tityte, qui reſides, der du ſitzeſt, ſub tegmine, unter dem Schatten, nori patulæ, des weit ausgebreiteten Maulbeer-Baums, tuné ſolus eris hîc, ſolteſt du hier allein ſeyn, tàm lætus, ſo frölich, tamque ſupinus, und ſo faul auf dem Rücken liegen: Q. O Melibœe, O ieber Meliböus, Deus fecit nobis hæc otia, GOtt hat uns dieſe Ruhe gegeben: Deus ille magnus, der groſſe GOtt, qui fecit, welcher gemacht hat, omnia, alle Dinge, in uſum noſtrum, zu unſerm Gebrauch, dans, welcher gibt, eſcam propriam, ſeine gebührende Speiſe, animalibus cunctis, allen Thieren. Qui condidit, welcher erſchaffen hat, mare, das Meer, qui terras, ſc. *condidit*, der die Erde gemacht, & cœlum, und den Himmel, quod tegit omnia, welcher alles bedecket, opifex ille rerum, der Meiſter aller Dinge, qui habetur ſummus, welcher für den Höchſten gehalten wird. P. Mitte loqui carmina, höre auf Poetiſche Gedichte zu reden: Camœnæ nunc liquere me, ich kan jetzt keine Gedichte ſingen, mens eſt mihi alibi, ich dencke anders wohin: cupio certare merendâ, ich begehre ums Vesperbrod zu ſtreiten. Q. Sed tamen, aber doch, peteris reſidere mecum, du kanſt dich hieher zu mir ſetzen, ſub umbra, in den Schatten: nam, denn, ut cernis, wie du ſieheſt,) locus eſt hic ſatis amplus utriqtie, der Platz iſt für uns beyde genug. P. Mittamus ergo verſiculos, ſo laßt uns dann die Poetiſche Sachen fahren laſſen, & conferamus merendas noſtras, und unſer Abendbrod zuſammen tragen. Q. Per me non ſtabit, ich will es nicht verhindern. Scrutemur peras, laßt uns die Säcke viſitiren, age,

wohlan, explica tuam, öffne deinen. P. Exſpecta parumper, warte ein wenig: dic mihi prius, ſage mir erſt, quid habes in merendam, was haſt du zum Veſperbrod? Q. Quaſi verò merenda ſoleat eſſe, als wenn ein Abendbrod ſeyn könne, ſine pane, ohne Brod. Q. Pauperes ne quidem ſemper habent panem, die Armen haben nicht allemahl Brod. P. Admones in tempore, du erinnerſt es bey rechter Zeit: reliquiæ noſtræ, unſere übergebliebene Stücklein, erunt ponendæ in corbulam eorum, müſſen wir in ihren Korb legen. Q. Quid ſi nihil reliquiarum fuerit, wie, wann nichts überbleibt? P. Reſtabit ſaltem panis, es wird zum wenigſten Brod überbleiben, & hoc erit ſatis, und das wird genug ſeyn, ſed, aber, dic tandem, ſage endlich, nunquid obſonii habes, haſt du etwas Zugemüß? Q. Etiam dubitas, zweiffelſt du noch? mater mea nunquam committeret, meine Mutter würde nimmer zugeben, ut mitteret me in ſcholam, daß ſie mich in die Schul ſchickte, ſine obſonio aliquo, ohne einige Zuſpeiß. P. Dic ergo, ſags dann, quid eſt, was es iſt? Q. Divina, rathe es. P. Non ſum vates, ich bin kein Wahrſager, nec velim terere in nugis, und mag auch nicht mit Narrenpoſſen zubringen, horam hanc merendæ, dieſe Veſperbrods-Stunde. Q. Facies ſaltem periculum, du wirſt es zum wenigſten verſuchen, quàm valeas conjecturis, wie du muthmaſſen könneſt: qua de re jam audivimus aliquid, wovon wir ſchon etwas gehöret haben, in Rhetoricis, in der Redekunſt. P. Eſt, es iſt, aut caſeus, entweder Käß, aut caro, oder Fleiſch, reſidua, übrig, ex prandio, vom Mittageſſen. Q. Neutrum, keines von beyden. P. Sodes, ey lieber, dic, ſags, ut accingamus nos operi, daß wir anfangen. Q. Ne torqueam te diutius, daß ich dich nicht länger vexire,

ſunt

unt pyra præcocia, es ſind Frühbirn.... P. Ain'tu, was ſagſt du? res nova, das iſt was neues: nondum videram hoc anno, ich hatte diß Jahr noch keine geſehen. Q. Vide nunc, ſiehe ſie jetzt. P. Quam matura ſunt, wie ſind ſie ſo zeitig! Q. Cur non addis etiam, warum ſetzeſt du nicht auch hinzu, quàm bona, wie gut! P. Sed, aber, nondum guſtavi, ich habe ſie noch nicht geſchmecket. Q. Reprehendis me satis acutè, du gibſt mir einen guten Stich. Accipe, nimm hin, & guſta, und verſuche ſie. P. Papæ, potz! quàm mitia, wie weich, quàm boni ſucci, wie ſo ſäftig! Q. Nonne meritò debemus agere gratias maximas, ſollen wir nicht billig groſſen Danck ſagen, Deo noſtro, unſerm GOtt, Patri tàm benigno, einem ſo gütigen Vater, qui largitur, welcher gibt, nobis indignis, uns Unwürdigen, tot bona, ſo viel Güter, tàm varia, ſo mancherley? P. Qui non facit, ſcil. *id*, wer das nicht thut, is eſt profectò ingratiſſimus, der iſt fürwahr der Undanckbarſte. Q. Agedum, wohlan, veſcamur bonis ejus, laßt uns von ſeinen Gütern eſſen, cum gaudio, mit Freuden, & gratiarum actione, und Danckſagung. P. Eſurio jam dudum, es hungert mich ſchon lange. Q. Sed, aber, tu nullum habes obſonium, haſt du kein Zugemüſe? P. Vide, ſiehe, fruſtum craſſum caſei veteris, ein dick Stück alten Käſes. Q. Edamus primum pyra, laßt uns erſt die Birn eſſen: claudemus ſtomachum caſeo, den Magen wollen wir beſchlieſſen mit dem Käſe, (den Käß wollen wir zuletzt eſſen.) P. Sed, aber, maturemus, laßt uns eilen, ne hora forte opprimat nos, daß uns die Stunde nicht überfalle, oder, ſchlage, ehe wir es meynen. Q. Neutrum video ceſſare, ich ſehe keinen unter beyden feyern, certè, fürwahr, quod ad me attinet, was mich angehet, non queo comeſſe citius,

ſo kan ich nicht geſchwinder eſſen. P. Ne tamen ita devores, friß gleichwohl ſo nicht, more porcorum, wie die Säue, ecquid pudet, ſchämſt du dich nicht? Q. Quia dicebas eſſe feſtinandum, weil du ſagteſt, man müſſe eilen. P. Dixeram, ich hatte geſaget, maturemus, wir müſſen uns befördern, non autem feſtinemus, nicht aber, wir müſſen eilen. Q. Ego non facio diſcrimen, ich mache keinen Unterſcheid, inter hæc verba, unter dieſen Worten, *feſtinemus* und *maturemus*, adeò ſcrupulosè, ſo gar ſpitzfündig. P. Præceptor tamen vult, es wills gleichwohl der Lehrmeiſter haben, ut loquamur propriè, daß wir eigentlich reden, quantum licebit per captum ingenii, ſo viel in unſerm Vermögen iſt. Nam, dann, benè loquendo, wann wir wohl reden, condiſcimus etiam benè ſcribere, lernen wir auch wohl ſchreiben. Q. Contra, hingegen, diligenter ſcribendo, wann man fleißig ſchreibet, conſueſcimus etiam rectè loqui, gewöhnen wir uns auch recht zu reden. P. Hæc duo, dieſe beyde Stücke, conjuncta ſunt inter ſe, gehören zuſammen. Sed heus, aber hörſt du, (inquam, ich ſage,) edamus otiosè, laßt uns mit Muße eſſen: habemus ſatis temporis, wir haben Zeit genug. Q. Nonne hæc hora tota libera eſt, haben wir nicht dieſe gantze Stunde frey, ad merendam, zum Veſperbrod? P. Hodie quidem libera, ſc. *eſt*, heut iſt ſie uns zwar frey, ſed tamen, aber doch, deſinamus, laßt uns aufhören, ne panis deficiat nos, daß wir nicht Mangel haben am Brod, & nihil reliqui fiat, und nichts überbleibe, pauperibus, den Armen. Q. Eamus ergo, laßt uns dann gehen, ad puteum, zum Brunnen, ut potemus aliquantum, daß wir ein wenig trincken. P. Hem, poß, abuteris ſemper, du mißbraucheſt allezeit, proprietate verborum, die eigentliche Bedeutung der Wörter:

iſtud

iſtud eſt, *bibere*, das heißt, trincken, non *potare*, nicht ſauffen. Q. Habeo ſanè gratias, ich ſage gewißlich Danck, quod non parcas mihi, daß du meiner nicht verſchoneſt. Contraxi hæc vitia, ich habe dieſe Fehler bekommen, ex prava inſtitutione prima, aus der erſten böſen Unterweiſung. P. Veriſſimè igitur Quintilianus dixit, ſo hat dann der Quintilianus recht geſaget: Quæ deteriora ſunt, was böß iſt, hæc ipſa hærent magis pertinaciter, das bleibt feſter kleben. Memini ſti, erinnerſt du dich? Q. Memini, ich erinnere mich: ſed, aber, juva me interim, hilf mir unterdeſſen, ut hauriamus aquam è puteo, daß wir Waſſer ſchöpfen aus dem Brunnen. P. Enitere validius, ziehe ſtärcker: ſinis me laborare nimium, du läßt mich gar zu ſtarck arbeiten. Q. Tanto bibes jucundius, du wirſt mit deſto gröſſerer Luſt trincken. P. Satis bibitum eſt, es iſt genug getruncken, recipiamus nos in aulam, laßt uns in den Saal gehen, ne deſimus precationi, daß wir nicht vom Gebet bleiben, & gratiarum actioni, und Danckſagung. Q. Tu præcede, gehe du voraus, dum eo illuc, biß ich dorthin gehe, redditum urinam, das Waſſer abzuſchlagen.

Explicatio Vocabulorum.

Tityrus, i, 2. m. der Tityrus, *Nomen proprium.*
Patulus, a, um, offen.
Reſideo, reſédi, reſeſſum, reſidére, 2. niederſitzen.
Tegmen, tegminis, 3. n. eine Decke, Schatten.
Morus, i, 2. f. ein Maulbeer-Baum.
(Melibœus, i, 2. m. der Melibous, μελίβοιος, nomen Paſtoris ab eo impoſitum, quod bonam curam habeat.
Cuncti, æ, a, alle.
Eſca, æ, 1. f. die Speiſe.
Condo, condidi, conditum, condere, 3. erſchaffen, verbergen.
Opifex, opificis, 3. c. Werckmeiſter, Handwercksmann.
Linquo, liqui, lictum, linquere, 3. verlaſſen.

(Camœnæ, Muſæ, Jovis & Memoriæ filiæ, à cantus amœnitate ita dictæ; vel Camœnæ à carminibus ita dictæ ſunt, vel quod canant antiquorum laudes, vel quòd ſint caſtæ mentis præſides.)
Scrutor, atus ſum, ari, 1. forſchen.
Pera, æ, 1. f. der Sack.
Reliquiæ, arum, 1. f. *Pl. n. tantùm*, überbliebene Stücklein.
Obſonium, obſonii, Speiſe zum Brod.
Obſono, avi, atum, are, 1. Speiſe einkauffen.
Vates, is, 3. c. ein Prophet, Wahrſager.
Tero, trivi, tritum, terere, 3. zerreiben, zubringen.
Rhetorica, æ, 1. f. die Redekunſt.
Sodes, ey lieber, *Adv.* (Alii malunt eſſe verbum defectivum, *ſodes*, *pro*, ſi audes.)
Accingo, accinxi, accinctum, accingere, 3. ſich umgürten, ſich rüſten etwas zu verrichten.
Præcox, præcocis, 3. o. frühkitig.
Acutè, ſcharf, ſpitzfündig, *Adv.*
Papæ, poß, hui, *Interj.*
Succus, i, 2. m. ein Saft.
Agedum, wohlan, *Adv.*
Vetuſtus, a, um, alt.
Comedo, comedis, *vel* comes, comédi, comeſtum *vel* comeſum, *Inf.* comedere *vel* comeſſe, eſſen.
Scrupulosè, *Adv.* mit Sorg.
Deficio, defeci, defectum, deficere, 3. *ex* de & facio, mangeln, abweichen.
Puteus, i, 2. m. ein Ziehbrunn.
Quintilianus, i, 2. m. der Quintilianus, *Nom. Propr.* Rhetor. Ludum Romæ aperuit, primusque à fiſco ſalarium tulit.
Pertinaciter, halßſtarrigklich, *Adv.*
Pertinacia, Halßſtarrigkeit.
Validè, heftig, validius, heftiger.
Urina, æ, 1. f. der Harn.

Phraſes.

Reſidere ſub umbra arboris, unter einem Baum im Schatten ſitzen.
Jacet ſupinus ſub arbore, er lieget unter dem Baum auf dem Rucken.
Habetur opifex peritiſſimus, er wird für den beſten Werckmeiſter gehalten.

Mitte

Mitte loqui carmina, höre auf Verſe zu reden.
Camœnæ liquerunt me, ich kan keine Gedichte ſingen.
Eſt mihi mens alibi, ich dencke anders wohin.
Scrutabor peram prius, ich will erſt ſehen, wie es um den Seckel beſtellt iſt.
Explica crumenam tuam, thue deinen Beutel auf.
Quid habetis hodie in prandium, was habt ihr heute zum Mittageſſen.
Si ſublatæ ſunt reliquiæ menſæ, ponendæ ſunt in corbulam, wenn man den Tiſch aufgehoben, muß man die Broſame in ein Körblein legen.
Non reſtat mica panis, es iſt nicht ein Krümlein Brods übrig.
Omne tempus nugis teritis, ihr bringt die gantze Zeit mit Narrenpoſſen zu.
Caro eſt reſidua ex prandio, es iſt Fleiſch von Mittag übrig.
Accingere ſe operi, *& ad opus*, ein Werck fur die Hand nehmen, accingere ſe ad rem aliquam, ſich zu einem Ding ſchicken.
Torquere os, das Maul krümmen, jus, das Recht biegen, torquere aliquem, einen peinigen, martern, dies & noctes torqueri, Tag und Nacht gepeiniget werden.
Nimium torques me, du hältſt mich gar zu lang auf.
Caſeo claudere ſtomachum, den Magen mit dem Käſe ſchlieſſen, mit dem Käß die Mahlzeit beſchlieſſen.
Hora nos opprimet, es wird ſchlagen, ehe wirs meynen.
Devorat porcorum more, er frißt wie eine Sau.
Quantum per ingenii captum licebit, ſo viel mein Verſtand zuläßt.
Tota hæc hora ad ludendum libera eſt, wir haben dieſe gantze Stunde zum Spielen frey.
Deficere animo, ohnmächtig werden, deficere viribus, an Kräften abnehmen. Deficeret me tempus, es würde mir an der Zeit mangeln. Deficere ad hoſtes, zum Feind fallen.
Contrahere *amicitiam cum aliquo*, Freundſchaft mit einem machen, vitia ex aliqua re, Laſter von etwas an ſich nehmen.
Contrahere æs alienum, Schulden machen, frontem, die Stirn zuſammen ziehen, Runtzeln machen, morbum, kranck werden, matrimonium, heyrathen.
Quæ deteriora ſunt, pertinaciter hærent, was böß iſt, bleibt feſt kleben.
Haurire aquam è fonte, Waſſer aus dem Brunnen ſchöpffen, manibus, mit den Händen.

Eniti ope atque operâ, allen Fleiß ankehren, enitendum eſt, man muß ſich unterſtehen, bemühen, bewerben.
Reddere urinam, das Waſſer abſchlagen.

COLLOQ. XXVII.

QUARTUS, REMIGIUS.

VIs emere, wilt du kauffen, hoc cingulum, dieſen Gürtel? R. Cur emerem, warum ſolte ich ihn kauffen? unum eſt mihi ſatis, ich habe mit einem genug: tu verò, du aber, cur vis vendere, warum wilt du ihn verkauffen? Q. Quia ſunt mihi duo, ſc. *cingula*, weil ich zwey Gürtel habe. R. Nec tamen licet, es iſt dir gleichwohl nicht erlaubet, ut vendas, daß du ihn verkauffeſt, niſi vis incurrere pœnam, wenn du nicht wilt geſtraft werden. Q. Quid vetat, was hindert, me vendere, daß ich verkauffe, res meas, meine Sachen? R. Nihil adhuc habes tuum, du haſt noch nichts eigenthümlich. Q. Eho, potz, nihil, gar nichts? unde probas iſtud? woher beweiſt du das? R. Quia nondum es tui juris, weil du noch nicht dein eigner Herr biſt; ſed ſub poteſtate patris, ſondern unter des Vaters Gewalt: denique, endlich, vis audire breviter, wilt du mit wenigen Worten hören, iſtud non licere tibi, daß dir ſolches nicht erlaubt ſey? Q. Maximè velim, freylich will ichs gern hören. R. De hoc eſt lex ſcholaſtica, hievon iſt ein Schulgeſetz, cujus eſt hæc ſententia, deſſen Inhalt dieſer iſt: Pueri, die Knaben, nec vendant aliquid, ſollen weder was verkauffen, injuſſu parentum, ohne der Eltern Geheiß, nec emant, noch kauffen, nec permutent, noch vertauſchen, nec alienent, noch verwenden, modo quovis alio, auf was Weiſe es wolle: Qui fecerit contra, wer dawider handelt,

plecte-

plectetur verberibus, ſoll geſchlagen werden. Q. Ego non ignorabam iſtud, das wuſte ich wohl: ſed, aber, volebam facere periculum, ich wolte verſuchen, an eſſes conſtans, ob du beſtändig wäreſt, in obſervandis legibus, die Geſetze zu halten. R. Tu igitur es ſimulator, ſo biſt du dann ein Gleißner? Q. Nihil video eſſe mali, ich ſehe nicht, daß etwas Böſes ſey, in ſimulatione hac, in dieſer Gleißnerey; nam tu interpretaris malè, dann du legeſt es übel aus. R. Minimè verò, gar nicht: enim, dann, nocuiſti mihi nihil, du haſt mir nichts geſchadet. Q. Quid ſi nocuiſſem, ſc. *tibi*, wie, wann ich dir geſchadet hätte? R. Tuliſſem æquo animo, ich hätte es mit Gedult ertragen, ut decet Chriſtianum, wie es einem Chriſten geziemet. Q. Utinam ſic feramus, wolte GOtt, wir ertrügen ſo, adverſa omnia, alle Widerwärtigkeiten, propter Chriſtum, um Chriſti willen: qui nihil non tulit, welcher alles ausgeſtanden hat, ſalutis noſtræ cauſa, um unſerer Seligkeit willen. R. Feremus certè, wir werden ſie gewiß lich erdulten, ſi proponamus nobis ſemper ob oculos, wann wir uns allezeit vor Augen ſtellen, exemplum ejus, ſein Exempel. Q. Id quidem eſt difficile, das iſt gewiß ſchwehr. R. Imò impoſſibile, ja unmöglich, niſi adjuvemur ſemper, wann wir nicht allezeit Beyſtand haben, Spiritu illius, durch ſeinen Geiſt: quod quidem eſt impetrandum, welches man erlangen muß, precibus aſſiduis, durch ſtetiges Gebet. Q. O! quam conſumſimus, O! wie haben wir zugebracht, tantillum otii, dieſe geringe und kurtze Zeit, ſermone ſuavi, mit holdſeligem Geſpräch.

Explicatio Vocabulorum.

INcurro, incurri, incurſum, incurrere, 3. einlauffen, anlauffen, einfallen.

Pariva-

Patrius, a, um, väterlich.
Permuto, avi, atum, are, 1. verwechſeln, vertauſchen.
Alieno, avi, atum, are, 1. entfremden.
Plecto, plexui, plectere, 3. ſtraffen.
Simulator, oris, 3. m. einer, der ſich ſo ſtellet, à simulo, avi, atum, are, ſich ſtellen, fürgeben das nicht iſt. Simulatio, onis, 3. f. Gleißnerey, Schein.
Aſſiduus, a, um, ſtet.
Tantillus, a, um, ſehr klein.
Conſumo, conſumſi, conſumtum, conſumere, 3. verzehren, zubringen.

Phraſes.

NOn licet fratri tuo, ut vendat hoc cingulum, es iſt deinem Bruder nicht erlaubt, dieſen Gürtel zu verkauffen, non licet fratri vendere hoc, &c.
Incurrere in pœnam, Straffe leiden, incurrere in offentionem alicujus, in eines Ungnade fallen.
Tu nondum es tui juris, du biſt noch nicht dein eigner Herr.
Injuſſu parentum libri nec vendendi, nec permutandi ſunt, ohne der Eltern Geheiß muß man die Bücher nicht verkauffen, noch vertauſchen.
Alienare aliquem ab aliquo, jemand von einem abwendig machen, alienare res ſuas, das Seinige verſchleudern.
Alienari mente, unſinnig werden. Alienus à literis, der den Studiis nicht zugethan, alienus cibus ſtomacho, eine Speiſe, die dem Magen zuwider iſt, alienum noſtrâ amicitiâ, es ſtimmt mit unſerer Freundſchaft nicht überein.
(Plecti verberibus, geſchlagen werden, capite, gekopft werden.)
Interpretari aliquid in meliorem vel mitiorem partem, etwas wohl aufnehmen, oder deuten, aliquid in pejorem vel ſequiorem partem, übel aufnehmen, interpretari malè, *idem.*
Conſumere otium, die Zeit zubringen.

COLLOQ. XXVIII.

QUINTUS, RUDOLPHUS.

SIccine pater tuus abiit, iſt dein Vater ſo weggegangen, me inſciente, ohne mein Wiſſen, ut

non

ion licuerit mihi convenire eum, daß ich nicht ha-
e können mit ihm reden? R. Cur non veniſti,
arum biſt du nicht kommen, à prandio, nach dem
Mittageſſen, in diverſorium ejus, in ſeine Herber-
ge? Q. Quia putabam, dieweil ich vermeynete, il-
um cras eſſe diſceſſurum, er werde morgen verrei-
en. R. Ego quoque arbitrabar idem, das meynte
ich auch: Sed, aber, noluit prætermittere occaſio-
nem, er hat die Gelegenheit nicht verſäumen wol-
en, quæ obtulerat ſeſe ex tempore, welche ſich auf
der Stätte begeben hatte. Q. Ille meminiit adhuc,
er gedencket noch, diſtichon illud Catonis, an das
Paar Verſe des Catonis:

Occaſio prima, die erſte vorkommende Gelegenheit,
eſt capienda tibi, ſolt du ergreiffen, *quam pri-*
mum, von Stund an, (auf das baldeſte,) *ne*
rurſus quæras, daß du nicht wieder ſuchen müſ-
ſeſt, *ea*, *quæ neglexeris*, das, was du verſäu-
met haſt, *jam ante*, ſchon vorhin.

R. Tenet opuſculum illud ſic memoriâ, er kan das Büchlein ſo auswendig, ut videatur contriviſſe ætatem in eo, daß es ſcheinet, er habe ſein Lebenlang damit zugebracht. Q. Vide, ſihe, quanta ſit vis memoriæ in eis, was das Gedächtniß in den Dingen vermag, quæ didicimus annis rudibus, welche wir in der Jugend gelernet. R. Ea eſt ſententia Quintiliani ſuper hac re, das iſt es eben was Quintilianus ſaget in dieſer Sache, cujus verba meminiſti, deſſen Worte du in gutem Gedächtniß behältſt, (ut opinor, wie ich dafür halte.) Q. Memini, ich gedencke daran: ſed, aber, (ut ad rem, daß wir zur Sache kommen,) quæ fuit patri occaſio, was hat dein Vater für Gelegenheit gehabt, ut diſceſſerit ante, daß er eher wegezogen, quam inſtituerat, als er ihm vorgenommen? R. Lugdu-

nenſes

nenſes quidam, etliche von Lyon, quibuscum venerat, mit welchen er kommen war, ad mercatum, auf den Marckt. Q. Aderasne, wareſt du dabey, quum profectus eſt, da er verreiſete? R. Præſtolabar illum in diverſorio, ich wartete auf ihn in der Herberge. Q. Unde ſcieras, woher wuſteſt du, ſcil. *eum*, mutaſſe conſilium de profectione, daß er ſeine Meynung wegen der Abreiſe geändert? R. Eram in prandio, ich war bey dem Mittags-Eſſen, quum convenerat inter ipſos, da ſie ſich mit einander verglichen, ut conſcenderent equos, daß ſie zu Pferde ſich ſetzen wolten, ſub horam ſecundam, um zwey Uhr, negotiis quibusdam reliquis expeditis, wann ſie etliche übrige Geſchäfte würden verrichtet haben, in urbe, in der Stadt. Q. Quod ſupereſt, im übrigen, ſatisne fecit, hat er ſonſten verrichtet, rem ſuam, ſein Geſchäfte, ex animi ſententia, von Hertzens-Wunſch, oder, wie er begehret? R. Ita feliciter, ſo glücklich, ut fuerit hortatus me, daß er mich ermahnet, vehementer, ſehr, ob rem eam, deßwegen, ad laudes divinas, zu GOttes Lob, (GOtt zu loben.) Q. Tu nunc igitur redis, ſo kommſt du nun wieder, (opinor, wie ich dafür halte,) bene nummatus, wohl mit Geld verſehen. R. Méne rides, lacheſt du mich noch aus? Q. Cur ego facerem id, warum ſolt ich das thun? R. Pro libidine tua, aus Luſt. Q. Quaſi verò ſoleam, als wenn ich pflegte, irridere cæteros, andere auszulachen, animi gratia, Luſt halben. R. Atqui putabam ita, ich meynte es gleichwohl ſo. Q. Longe aberras, du irreſt weit. Nam, dann, aliud eſt jocari, ein anders iſt ſchertzen, aliud irridere, ein anders auslachen. Alterum caret vitio, eins iſt nicht unrecht, eſtque ſatis frequens, und iſt faſt gemein, inter amicos, unter Freunden, alterum

eſt

est vitiosum, das andere ist heßlich, (Straßbahr,) atque dignum odio, und zu hassen, utpote, als nehmlich, quod proficiscitur ferè, welches fast herkommt, ex contemtu, aus Verachtung. R. Igitur, derohalben, ignosce mihi, verzeihe mir. Q. Culpa non est gravis, die Schuld ist nicht groß. Sed, aber, rogo, ich bitte, dic, sag, nihil pecuniæ pater dedit tibi, hat dir der Vater kein Geld gegeben? R. Ne quidem petivi, ich habe nicht einmahl gefordert. Q. Dedit tamen sponte, er hat dir gleichwohl freywillig gegeben? R. Aliquantulum, etwas. Q. Quantum igitur, wie viel dann? R. Perpusillum, sehr wenig. Q. Sodes, ey lieber, dic, sags. R. Cur inquiris tam avidè, warum fragst du so begierig? Q. Ut gratuler tibi, daß ich mich mit dir freue, more amicorum, wie Freunde pflegen. R. Nihil est dignum gratulatione, es ist solcher Glückwünschung nicht werth. Q. Fatere tandem, bekenne es endlich, quid sit, was es sey? R. Soli albi quinque, blose fünf Weißpfennig. Q. Hui tántillum! potz, so wenig! O stulte, O du Narr, qui non petieris, daß du nicht gefordert hast, florenos duos aut tres, zwey oder drey Gulden! R. Non ausus sum, ich habe nicht gedörft. Q. Quid verebare, was fürchtetest du? R. Ut plane denegaret, daß er es gantz und gar abschlüge, atque ægre ferret, und ihn verdrieße, quod peterem, daß ich es begehre. Q. Nunquam feciſſet id, das hätte er niemahls gethan, modò addidisses, wann du nur hinzugethan hättest, causam petendi, die Ursach, warum du es begehrst. R. Credo equidem, ich glaube es fürwahr: sed quid causæ attuliſſem, aber was hätte ich für eine Ursach beygebracht? Q. Rogas, fragst du? nonne sunt res sexcentæ, sind nicht sechshundert Dinge, quibus usus scholasticus indiget, welche man in den Schulen

len gebraucht? R. Fateor, ich bekenne, ſunt multæ, *ſc. res*, es ſind viel Dinge. Q. Tu vero, du aber, adeone abundas rebus omnibus, haſt du an allen Dingen ſolchen Ueberfluß, ut nihil deſit tibi, daß dir nichts mangele? R. Imò, ja, deſunt plurima, es mangelt mir ſehr viel: ſed, aber, quibus facilè caream, deſſen ich leicht entbehren kan. Præterea, über das, Pater ſatis novit, weiß der Vater wohl, quæ ſunt opus mihi, was ich vonnöthen habe, tum, ſowohl, ſtudiorum cauſa, zu meinem Studiren, tum, als, ad victum cultumque corporis, zur Koſt und Kleidung. Q. Novit quidem, er weiß es zwar wohl: ſed, aber, alia multa, viel andere Dinge mehr, ſunt illi curanda & cogitanda, hat er zu dencken und zu beſorgen. R. Credo, ich glaube, curam præcipuam eſſe illi, ſeine vornehmſte Sorge ſey, liberorum, für die Kinder. Q. Sed, aber, es nimis remotus ab illo, du biſt gar zu weit von ihm. R. Sine me pervenire, laß mich kommen, quo volo, wohin ich will. Q. Age, wohlan, ſino, ich laſſe es zu. R. Pater novit etiam, der Vater weiß auch wohl, me nondum eſſe idoneum, daß ich noch nicht tüchtig bin, ad rectè tractandam pecuniam, recht mit dem Geld umzugehen. Q. Cur non, warum nicht? an tu non habes, haſt du nicht, ſatis ætatis atque prudentiæ, Alters und Klugheit genug, ad rem eam, zu dieſer Sach? R. Iſtinc abſum longiſſimè, da bin ich noch weit davon. Itaque, derowegen, pater dedit præceptori in mandatis, hat der Vater dem Lehrmeiſter befohlen, ut ſuppeditet mihi omnia, daß er mir alles vorſtrecke, ad uſus neceſſarios, was mir vonnöthen, vitæ ſtudiorumque, zu meines Lebens Unterhaltung und Studiren: ad quam rem præbet illi, worzu er ihm gibt, quantum pecuniæ ſatis eſt,

ſo

